
R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
8 M
55 A
33



8.55.A.33

DIRECTORIVM
ORDINANDORVM
In forma Catechiſmi.

Dilucidà, breuiq; Methodo, complectens ***DOCTRINAM***

Tùm Sacram. Ordinis, & Euchariſtiæ:
Tum ſacroſancti Sacrificij Miſſæ.

Cui nunc acceſſit Epitome Sacror. Rituum.

AVCTORE
IOSEPHO CABRINO
Sac. Theol. Doct. Sanctæque Generalis
Venetæ Inquiſitionis Conſultore.

Editio ſeptima in longè vberiorem, & commodiorem ordinem ab ipſomet Auctore concinnata, á multiſque mendis diligentiſſimè correcta.

Cui additus eſt per breuis tractatus de
Scrupulis ipſius Auctoris, e vulgari in
latinum translatus per F. C. L.

Dicatum Reuerendiſs. DD.
IOANNI CITRONIO
Plebano Diui Fantini. Atq; Archipresb.
Venerande Congreg. Sancti Lucæ.

BIBLIOTECA ... ROMA

VENETIIS, M. DC. XCIV

Typis Antonij Tiuani.

B-55-A133

Digitized by Google

REVERENDISSIME DOMINE.

PAtrum noſtrorum Progenitorumque memorià, tempore quo Illius Alexandri Virtus in bello egregia enituit, cuius imperium formido Vrbis, & Orbis, cuius potentia Omnium timor, ac tremor extitit, adeo vt ſolummodo hoſtium animos concutere, eorumque com-

Peſcere audaciam nomen ſatis eſſet. Duo quidem in hoc Macedone Rege mirà operum obſeruatione digna floruere, humanitas, & magnanimitas, quibus adiunctis alijs animi virtutibus eum in æternitate inclusère. Tu quoque Domine Reuerendiſſime inſtar Macedonis huius, quatenus ad pietatem in Orbe eluces, nempe de Catholica vita Religionis, dum tuæ bonitatis effectus vndique ſuffundens, quorum infinitus numerus extat, viuentium maculas abſterges exemplo; Nomen tuum redolet iſtam per Vrbem, & per animi vigilantiam in ædem inferi

ſeri verentur, & contremiſcunt. In Plebanorum examinibus ſapientia micat, cultus in Eccleſiam refulget, Zelus in Gentem cuicumque latè patet, & tande[illegible]tuæ integritate vitæ molem terrarum compleuiſſe cunctis diffuſiſſimè compertum eſt. Tuæ Charitatis igne populorum pectora ſuffuſa teque eodem ſuffuſum, ad flmmam illius diffuſam conſpicio: quapropter famam huic directorio nomine tuo inſignito conſtruendi cupiditate flagrans idcircò ampliſſimæ præſtantiæ tuæ directum exiſtimaui; Vnde ab oculis benignitatis tuæ ne diſpellas, qui-

nimmò ipſum beneficentià humaniſſime conſperge. Dirige iſtud ſecundum eloquia tua ne a lingua doloſa confundantur: ne auertas faciem tuam ab illo, vt à claritate tua lumen deſumat. Vale.

Humil. Obſeq. Deu. Seruus

Blaſius Maldura.

CHA-

CHARACTERE SACRAMENTI ORDINIS Condecorandis Clericis.

Directorium, complectus noua methodo doctrinam in Sacramenti Ordinis, & Euchariſtię, tum Sacroſancti Sacrificij Miſſæ, vobis in Clericalem militiam inaugurandis ſiſto. Olim in nonullis Collegijs cùm mihi demandata eſſet Prouincia inſtituendi Clericos, vt potiſſimum in concuſſione examinis, pro ſuſcipiendis Ordinibus, premunirem illorum animum, iuuaremquè ingenium, hanc compendiariam de Sacramento Ordinis doctrinam ex probatiſſimis Auctoribus excerpſi, per capita diſtribui, in quæſita, & reſponſa digeſſi ipſiſque priuato calamo deſcriptam explicaui, & decui. Quam exindè cùm eiſdem non paruo fuiſſe adiumento mihi conſtitiſſet, in manuſquè & oculus virorum Doctorum productam non modo non reprobari, ſed me, quòd eam ſubducerem, exprobari, vt vel ceteris prodeſſet Clericis, prælo commiſi. Non inhiaui laudi, vel gloriæ, quę ſtimulos ſcribentibus ingerit; veſtro fructui, & vtilitati ſtudui. Lubuit verò vti hac methodo interrogandi, & reſpondendi, eò quòd accomodatior viſa eſt Ordinandorum examini, tum imbecilliorum, quia faciliùs doctrinam addiſcunt, tum

tum peritiorum, non ad omnia quæſita confe-ſtim ijs ſuppetunt reſponſa.

Ad hæc adijcere nonnulla themata pro Sacræ Theologiæ candidatis operę pretium duxi, vt ſi forte (quod ſępiùs vſu venit) Sapientiſſimi Examinatores de eorum ſtudijs, cultu ingenij, ac eruditione, ſine digreſſione ab incœpto, periculum facere vellent appoſitè, preſtòque reſolutiones ſibi occurrant. Nec abs re nunnulla ſcitu neceſſaria de Sacramentis in genere præmittere ſtatui. Nam cùm inſit Ordini ratio Sacramenti, priùs de partibus Sacramentum conſtituentibus, quàm de Ordinis doctrina regulariter ordinandi ſolent examinari. Hoc igitur Directorium, vobis dirigendis conſcripſi, digeſſi edidi. Quod ſi non tam manibus, quam ſedulo ſtudio tractaueritis, ad apicem Sacerdotalis dignitatis rectà vos diriget. Duo autem vos, ne lateant; pręmoneo: alterum, quòd non temerè, ſed ex communi Theologorum ſententia deducta, grauiſſimorum Doctorum auctoritate communita, rationibuſquè penè ſingula probata ſint reſponſa. Alterum, vt typi errata, quibus opuſculum, fieri non potuit, vt prodiret omninò caſtigatum, veſtra excuſetis humanitate, ſuppleatis iudicio, corrigatis ingenio. Ceterùm ex hoc exiguo labore meo, quem vos excipere hilari vultu, obſtinato percurrere ſtudio, veſtroquè probare fructu, ſummoperè cupio; ſi quid boni, ſi quid fructuoſi vobis obuenerit, vni Deo bonorum omnium largitori, acceptum refertè: reliquum adſcribite tenuitati ingenij mei. Valete.

I. N-

INDEX

Capitum, quæ in hoc Directorio Ordinandorum continentur.

PRæmittuntur nonnulla ſcitu neceſſaria de Sacramentis. Cap. 1
De numero Sacramentorum. 2
De materia Sacramentorum. 3
De forma Sacramentorum. 4
De effectu Sacramentorum, vbi de gratia, eiuſquè diuiſione. 5
De Charactere. 6
De Miniſtro Sacramentorum. 7
De Suſcipiente Sacramentum. 8
De Sacramentalibus. 9
De Sacramento Ordinis. 10
De numero Ordinum. 11
De Tonſura Clericali. 12
De Oſtiariatus Ordine. 13
De Lectoratus Ordine. 14
De Exorciſtatus Ordine. 15
De Accolytatus Ordine. 16
De Subdiaconatus Ordine. 17
De titulo paupertatis, Beneficij, vel patrimonij ad Sacros Ordines requiſito. 18
De obligatione recitandi Horas canonicas, ex ſacro Ordine proueniente. 19
De impedientibus licitam Ordinum ſuſceptionem, rectumquè Ordinis Subdiaco-

natus vſum. Cap. 20.
De impedimento irregularitatis tum ex defectu, tum ex delicto prouenientis. 21.
De Diaconatus Ordine. 22
Quodnam ſit officium Diaconi. 23
De Euangelij explicatione, quæ aliquando Diacono incumbit. 24
De Presbyteratus Ordine, & dignitate. 25
De Munere Sacerdotis circa docendum populum neceſſaria ad ſalutem. 26
De Sacroſancto Sacrificio Miſſæ. 27
De materia Sacrificij Miſſæ. 28
De forma conſecrationis corporis, & ſanguinis Chriſti Domini. 29
De tranſubſtantiatione. 30
De celebrante, ſeu Miniſtro ſanctæ Euchariſtię. 31
De effectu, ſiue fructu ſacrificij Miſſæ. 32
Pro quibus ſacrif. offerre licet. 33
De obligatione ſacrificandi. 34
De tempore, quo ſacrificare. 35
De requiſitis ad peragendum Miſſę ſacrificium. 36

DIRECTORIVM ORDINANDORVM.

Præmittuntur nonnulla, ſcitu neceſſaria,

DE SACRAMENTIS IN GENERE

CAP. I.

1. *Quid ſibi vult Sacramenti nomen.*

SAcramentum eſt nomen commune, triaquè diuerſa ſignificat. Primò rem ſecretam, & occultam. Secundò iuramentum, quo milites Reipublicæ ſe obſtringunt. Tertiò aggregatum ex rebus, & verbis. Bellarm. *l.* 1. *de Sacram. cap.* 7.

2 *Quo ſenſu accipitur Sacramentum apud ſacros Scriptores?*

Accipitur tertiò modo, ſcilicet pro aggregato ex rebus, & verbis iuxta illud S. Auguſtini. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum?*

3 *Quid eſt Sacramentum* ?

Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma ſeu ſignum, ad noſtram iuſtificationem diuinitùs inſtitutum. S Thom. 3. *p. qu.* 60. *art.* 2. & 3.

4 *Hæc definitio conuenit etiam Sacramentis antiquæ legis, quæ ſignificabant gratiam per Chriſtum conferendam: & inſuper conferebant aliquam ſanctificationem legalem. Ideò trade definitionem propriam?*

Sacramentum eſt ſenſibile ſignum, ex Dei inſtitutione gratiæ ſanctificantis tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habens. Cathec. Rom. *titul. de Sacram.* Suarez 3 *p. tom.* 3. *diſp.* 5. *ſect.* 2.

5 *Quot conditiones requiruntur ad conſtituendum Sacramentum?*

Tres. Prima, vt ſit ſignum, ſeu cæremonia externa. Secunda, vt illud ſignum à Chriſto Domino fuerit inſtitutum. Tertia, vt adſit promiſſio gratiæ. Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 2. *num.* 1.

6 *Sacramenta ſuntne vtilia, & neceſſaria?*

Profectò ſunt neceſſaria remedia ad animarum ſanitatem, vel recuperandam; vel tuendam. S. Ambr. *l.* 5. *de Sacr. c* 4.

7 *Nonne Deus poteſt ſaluare ſine Sacramentis? Cur igitur aſſeruiſti eſſe neceſſaria?*

Poteſt Deus ſaluare hominem ſine Sacramentis de potentia abſoluta; de potentia verò ordinaria non poteſt ſine Sacramentis ſaltem in voto.

8 *Quid eſt potentia Dei abſoluta, & ordinaria?*

Poten-

Potentia abſoluta eſt, qua Deus poteſt facere quidquid non implicat contradictionem. Potentia verò ordinaria, qua poteſt efficere quod ab æterno decreuit facere. Becan. *in ſum, 1 p. cap. 17. qu. 4.*

9 *Quotuplex eſt neceſſitas apud Scolaſticos?*

Duplex, altera medij, & alia præcepti Illud dicitur neceſſarium neceſſitate medij, quod ſecundùm legem Dei ordinariam ita neceſſarium eſt, vt ſine illo ſalus obtineri non poſſit. Illud autem dicitur neceſſarium neceſſitate præcepti quod quidem neceſſarium eſt propter obligationem præcepti; tamen, ceſſante obligatione præcepti, ob ignorantiam, vel aliam iuſtam cauſam, poteſt quis nihilominus ſaluari. S. Thom. *3. p. q 61. art. 1.*

10 *Qua neceſſitate igitur Sacramenta ſunt neceſſaria?*

Duo ſunt neceſſaria neceſſitate medij, videlicèt Baptiſmus reipſa ſuſceptus reſpectu infantium, (ſi martirij priuilegium excludatur) & Pœnitentia vel in re, vel in voto reſpectu adultorum, in peccato mortali exiſtentium: cætera ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti. Trident. *ſeſſ. 6. cap. 4. & can. 29.*

DE NVMERO SACRAMENTORVM.

CAP. II.

1 *Quod ſunt Sacramenta?*

SEptem, ſcilicèt Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Concil. Trid. *ſeſſ 7. cap. 1.*

2 *Quis fuit Auctor Sacramentorum?*

Chriſtum Dominum auctorem fuiſſe Sacramentorum, confitetur Catholica Fides, & definit Concil. Trid. *cit. ſeſs. 7 c. 1.*

3 *Quando Chriſtus Dominus hæc Sacramenta inſtituit.*

Baptiſmum inſtituit, cùm dixit. *Euntes prædicate Euangelium omnibus gentibus, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Matth 28.

Confirmationem, cùm dixit. *Sedete in Ciuitate, donec induamini virtute ex alto*. Luc. 24.

Euchariſtiam, cùm dixit; *Accipite, & manducate, &c. Hoc facite in meam commemorationem*. Matth. 26.

Pœnitentiam, cùm dixit; *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Ioann 20.

Extremam Vnctionem, cùm *Apoſtoli miſſi à Do-*

á Domino vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur. Marc 6.

Ordinem, cum dixit: *Sicuti miſit me Pater, ſic & ego mitto vos*. Ioan. 20.

Matrimonium autem inſtituit, vel potiùs ad rationem Sacramenti eleuauit, cùm dixit, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*. Matth. 19. S. Thom. *3 p. q 66. art 2*. Bellarm. *l. 1. de pœnit. cap. 9*. Laym *l. 5 tr 10. cap. 2.*

4 *Sacramenta vndè vim habent, & efficientiam ſuam?*

Habent vim ex paſſione, ac morte Chriſti Domini. Vnde S. Auguſtinus dixit, ea ex latere, & vulneribus Chriſti, in Cruce pendentis, fluxiſſe.

5 *Cur tantùm ſeptem ſunt Sacramenta, nec plura, nec pauciora?*

Ob ſimilitudinem vitæ corporalis. Nam homo primò naſcitur; ſecundò augetur; tertiò nutritur; quartò, ſi in morbum incidit, ſanatur; quintò imbecillitas vitium refocillatur; ſextò Magiſtratus auctoritate regitur; ſeptimò per legitimam ſobolem propagatur.

Ita ſpiritualiter homo per Baptiſmum renaſcitur; per Confirmationem augetur; per Euchariſtiam alitur; ab infirmitatibus animæ per pœnitentiam ſanatur; robur animi per Extremam Vnctionem acquirit, per Ordinem regitur; tandem per Matrimonium propagatur. S. Thom. 3. *p. quæſt.* 65. *art.* 1.

6 Obiectio. *Videntur plura Sacramenta, quàm ſeptem, quia Ordo diuiditur in quatuor*

tuor minores, & tres ſacros, qui ſinguli ſunt Sacramenta ?

Singuli Ordines ſunt Sacramenta, non diſiunctiuè, ſeparãdo vnum ab altero, ſed copulatè. quatenus minores Ordines vnà cùm duobus Sacris conſtituunt Sacerdotium, quòd eſt perfectum Sacramentum. Bellarm. *de Ordin. cap.*6. & 8

7. *Quenam eſt differentia inter hæc ſeptem Sacramenta ?*

Hæc intercedit differentia, quòd quædam conferunt gratiam, & præterea imprimunt characterem: Ideòque non poſſunt iterari. Quædam ſolùm conferunt gratiam, & pluries ſuſcipi poſſunt.

Differunt etiam, quòd quædam ex ſua inſtitutione conferunt primam gratiã, & iuſtificant impium: ideòquè vocantur Sacramenta mortuorum. Quædam ſunt inſtituta ad augmentum gratiæ; ideòquè appellantur Sacramenta viuorum. Layman *lib.* 5. *tr.*1. *c* 6. *n.*2. & Doctores omnes.

8 *Recenſe, quæ ſint Sacramenta mortuorum, & quę viuorum ?*

Sacramenta mortuorum ſunt Baptiſmus, & Pœnitentia, quæ ex ſua inſtitutione hominem peccato mortuum reuocant ad vitam. Cætera dicuntur Sacramenta viuorum, quia præſupponunt hominem ſpiritualiter viuum per gratiam in Sacramento vel Baptiſmi, vel Pœnitentiæ ſuſceptam.

9 *Quæ ſunt Sacramenta, quibus imprimitur character ?*

Hæc

Hæc tria, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, ratione cuius effectus, nempè characteris, non poſſunt iterari. S. Thom. *3. par. qu. 63. art.* 1. 5. & 6.

10 *Habetne æqualem, vel neceſſitatem, vel dignitatem Sacramenta?*

Non eſt par omnium neceſſitas, aut dignitas. Baptiſmus enim præcæteris eſt neceſſarius. Poſt Baptiſmum, pœnitentia lapſis in mortale. Ordo etiam toti Eccleſiæ neceſſarius eſt. Quoad dignitatem verò, Sacramentum Euchariſtiæ eſt omnium, quia continet Chriſtum, omnis gratiæ largitorem. S. Thom. *loc. cit. quæſt. 65. art.* 3. & 4.

Deo Gratias

Inveni

DE

DE MATERIA SACRAMENTORVM.

CAP. III.

1 *Quot ſunt partes eſsentiales Sacramentorum?*

DVÆ, ſcilicet materia, & forma quorum altera deficiente, non conficitur Sacramentum. S. Thom. 3. *p. qu.* 60. *art.* 6.

2 *Quid intelligitur nomine materiæ, & formæ?*

Nomine materiæ intelligitur materiale elementum, quod Miniſter adhibet, in conficiendo vnoquoque Sacramento; vt aqua in Baptiſmo. Nomine verò formæ intelliguntur verba, quæ in vſu illius elementi à Miniſtris proferuntur. Idem S. Doctor *loc. cit. in corp.*

3 *Quotuplex eſt materia Sacramentorum?*

Duplex remota, & proxima: remota eſt elementum, quo vtitur Miniſter, in conficiendo Sacramento: proxima eſt vſus talis elementi; vt in Sacramento ordinis calix, vel liber eſt materia remota: traditio verò calicis, vel libri eſt materia proxima. Laym. *lib.* 5. *t.* 1. *cap* 4. *tr.* 12.

4 *Quanta debet eſſe materia Sacramentorum?*

Quoad conficiendum Sacramentũ, debet

eſſe modica; multa verò quoad vſum fidelium. V. g. ad conſecrandam ſanctam Euchariſtiam, ſufficit parum panis, ad vſum fidelium multæ formulæ pro multitudine communicantium.

5 Materia Sacramentorum debetne eſſe ſanctificata, & benedicta.

In conficiendis quibuſdam Sacramentis, materia debet eſſe benedicta vel à Sacerdote, vt aqua Baptiſmi; vel ab Epiſcopo, vt chriſma in Confirmatione, calix in Ordine, oleum in Extrema Vnctione. Et ratio eſt, quia in iſtis Sacramentis confertur exuberantia gratiæ. S. Thom. *3. p. q. 72. art. 3.*

6 Quod materia ſit ſanctificata, eſt ne de neceſſitate Sacramenti, an ſolius præcepti?

Materia Confirmationis, & Extremæ Vnctionis eſt de neceſſitate Sacramenti: materia verò Baptiſmi, & Ordinis ſolius præcepti. S. Thom. *loc. cit.*

7 Si materia eſt dubia poteſtne adhiberi?

Materia dubia nunquam adhibenda eſt, præterquam in caſu neceſſitatis, cùm deficit certa: & tunc Sacramentum ſub conditione conferendum eſt: ſiquidem conditio tollit periculum irritum reddendi Sacramentum, & ſic Sacramenti reuerentiæ conſulitur. Suar. *to. 3. diſ. 6. ſect. 2. Bonac. de Sacram. diſp. 2. qu. 4. p. 1. num. 32.*

8 Quid ſi materia ſit mixta?

Si materia extranea, & non propria ſit in minori quantitate, erit apta materia, ſecus dicendum, ſi ſit in æquali; vel maiori. S. Thom. *loc. cit. in corp.*

9 Quæ connexio debet eſſe inter materiam, & formam?

Optima eſt connexio phyſica, vt ſcilicèt ſimul concurrant materia, & forma. Sufficit tamen coexiſtentia moralis, nimirum, vt adhibita materia, ſtatim proferatur forma; & viciſſim prolata forma, mox adhibeatur materia. Suar. Sotus, Henriq. quos citat, & ſequitur. Laym. *lib.5. tom 3. cap. 7. num* 8.

Excipiendum tamen eſt Sacramentum Pænitentiæ, quod per modum iudicij fuit inſtitutum. Item Sacramentum Matrimonij, quod in contractu, eleuato ad rationem Sacramenti, conſiſtit; in quibus, etſi longa interponatur temporis mora inter materiam, & formam, abeſt omne periculum inualiditatis. Coninch. *quæſt.* 60. *num.* 40. *cap.* 23.

10 *Materia Sacramenti quo pacto debet eſſe præſens Miniſtro?*

Debet eſſe præſens moraliter, ita, vt oculis cerni, & manibus tractari poſſit: neceſſaria tamen non eſt actualis viſio, vel tractatio. Vide infra *capit.* 28. *num.* 5. *quæſt.* 82.

DE FORMA SACRAMENTORVM.

CAP. IV.

1 *Quænam eſt Sacramentorum forma?*

SVnt verba, quæ, in conficiendo vnoquoque Sacramento, proferuntur à Miniſtro inſtituta à Chriſto Domino.

2 *Quotuplex eſt Sacramentorum forma?*

Duplex, altera abſoluta, quæ ſine vlla adiunctione profertur: altera conditionata, quæ ſub conditione pronunciatur, v. g *ſi non es baptizatus, ego te baptizo*; quæ tantùm in dubio adhibenda eſt; quo caſu ſufficit conditionem mente retineri. Quod verum eſt, ſi dubium ſit occultũ Nam quando eſt publicum vt omnis occaſio ſcandali tollatur, conditionem exteriùs proferendam eſſe, rectè docet Sayrus *tom.3. diſp. 22. ſect.2*.

3 *Miniſter varians verba formę, conficitne Sacramentum?*

Si variatio, vel mutatio formæ ſit ſubſtantialis, quia non manet idem ſenſus, non conficitur Sacramentum: cum ſenſus ſit anima verbi. Secus ſi mutatio ſit tantùm accidentalis, quia alius orationis ſenſus non efficitur. Laym. *lib.5. tr 1. cap.3. nu 4.*

4 *Quot modis contingit Sacramentorum formam variari?*

Sex modis. Primò omiſſione vocis eſſen-

talis, vt ſi omittatur verbum *baptizo* & hiec infirmat Sacramentum.

Secundò, interruptione verborum formæ, quæ ſi magna ſit, irritum efficit Sacramentum; ſecus ſi mora ſit parua.

Tertiò additione verbi non neceſſarij: vt ego Antiſtes baptizo te filium Principis, quo caſu forma valida eſt, ſed non licita.

Quartò tranſpoſitione, vt. *Hoc meum eſt Corpus*, quæ abſolutè valet.

Quintò ſubſtitutione verbi pro verbo: v. g. abluo pro baptizo. & non eſt dubium; vel Genitoris loco Patris, & tunc dubium eſt Sacramentum.

Sextò corruptione verborum, idquè vel in principio dictionis. vt ſi dicatur, ego te baptizo, vel in nomine Matris, & Milij, & inualidum redditur Sacramentum: vel in fine, ob ignorantiam, vel balbutiem, vt ſi dicatur. *Hoc eſt corpus meus*; vel in nomine Patrias, & Filias, & ſubſiſtit Sacramentum. S. Th. *q* 60 *art. 7 ad 3 &* Laym. *loc. cit. nu.* 4. Dian *p. 5. tr. 5. reſ* 41. Qui modi his verſiculis continentur.

Nil formæ demas, nil ponas, nil variabis. Tranſmutare caue, corrumpere verba, morari.

5 *Miniſter in Baptiſmo vtitur hac forma?* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti, & B Virginis, vel alterius Sancti, *conferetne validum Sacramentum?*

Vel miniſtrans intendit æqualē auctoritatem B. Virginis, vel alteri Sācto tribuere cum Diuinis perſonis, & tunc nullum eſt

Sa

Sacramentum. Vel intendit ſolam interceſſionem B. Virginis implorare, & tunc valet Sacramentum; ſi additio ponatur in fine: ſi verò ponatur in medio, Bonac. *diſp.* *1. de Sacram. q.2. p.1. n.18.* exiſtimat verum adhuc effici Sacramentum. Coninch. verò *q. qu 60. nu.74.* negat. Vterquè probabile: In praxi certiſſimum eſt, ſimiles additiones omninò eſſe vitandas.

6 ***Metu mortis cogitur Miniſter in Sacramenti adminiſtratione vti forma, vel materia dubia, liceatne id agere ſine mortali culpa?***

Si Miniſter cogatur id præſtare in Religionis Catholicæ contemptum, vel hæreſis proteſtationem, potiùs mortem debet perferre, quam Sacramenta tali forma adminiſtrare: ſiquidem bonum commune Religionis Catholicæ præferendum eſt bono priuato vitæ. Si verò id non tendat in Religionis Catholicæ contemptum, ad vitandam mortem, licebit vti materia, vel forma dubia. Quia præceptum adhibendi certam materiam, & formam in Sacramentis, extra caſum extremæ neceſſitatis ſpiritualis proximi, non obligat cum tanto diſpendio. Sanch. *1. mor. cap.18.* Coninch, *qu.60. num.81.* Dian *par. 3. tract. 6. reſ.* 8.

DE

DE EFFECTV SACRAMENTORVM.

CAP. V.

1 *Quotuplex eſt effectus Sacramentorum ?*

DVplex, alter communis omnibus Sacramentis, qui eſt gratia, alter peculiaris trium Sacramentorum tantùm, videlicèt Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis; & eſt character. Trident. *ſeſſione* 7. *canon.* 8. *&* 9.

2 *Quid eſt gratia?*

Gratia eſt quoddam donum, ſeu qualitas ſupernaturalis, quæ nobis à Deo gratis datur.

(Qua vero ratione hæc qualitas ſuperpernaturalis gratiæ efficiatur in anima, vide *quæſitum* 22. huius capitis.)

PRO DOCTIORIBVS, SEV CANDIDATIS THEOLOGIÆ.

3 QVotuplex eſt gratia ?

Multiplex, & diuiditur primò in gratiam inhærentem, & non inhærentem: inhærens dicitur; quæ in nobis eſt; non inhærens quæ extra nos eſt; cuiuſmodi eſt incarnatio Verbi Dei, inſtitutio Sacramentorum miracula, &c.

4 *Gra-*

4 *Gratia inhærens admittit ne aliquam diuiſionem?*

Maximè, nam diuiditur in gratiam gratis datam, & in gratiam, gratum facientē,

5 Obiectio. *Nonne qualibet gratia eſt gratis data, quia gratis à Deo datur?*

Quamuis vtraque gratia ſit gratis data, tamen altera peculiari ratione ſortitur hoc nomen, non alia.

6 *Quænam eſt gratia gratis data, & gratia, gratum faciens?*

Gratia gratis data eſt illa, quæ præcipuè nobis datur ad aliorum ſalutē, & vtilitatem, vt eſt donum prophetiæ, linguarum; miraculorum &c. Gratia, gratum faciens illa, quæ nobis confertur ad noſtram ſalutem, & vtilitatem S. Thom. 1. 2 q 13. a. 1.

7 *Hæc gratia, gratum faciens, eſt ne vnica, an multiplex?*

Hæc gratia rurſus duplex eſt, altera actualis, habitualis altera.

8 *Aſſigna diſcrimen inter vtramque?*

Actualis gratia eſt illa, quæ nobis datur per modum auxilij tranſeuntis, per quam præparamur, vt ex non dignis & iuſtis fiamus digni, & iuſti, Deoquè grati. Gratia verò habitualis eſt, quæ nobis datur per modum, qualitatis permanentis, per quam actualiter ſimus digni vita æterna, & grati ipſi Deo. S Tho. 1. 2. q. 176

9 *Gratia actualis cōſiſtit ne in aſſignato mēbro*

Non conſiſtit, ſed ſubdiuiditur. Primò in gratiam excitantem, & adiuuantem. Secūdò in gratiā præuenientem, & ſubſequen-

B tem.

tem. Tertiò in gratiam ſufficientem,& efficacem: Alij vocant congruam, & non congruam Berlam. *l. 1. de gratia cap.* 6.

10 *Explica ſingula membra; & primò quid ſit gratia excitans, & adiuuans.*

Gratia excitans conſiſti tum in illuſtratione mentis,tum in pia motione voluntatis. Et dicitur excitans.quia excitat, allicit,& inuitat voluntatem noſtram ad liberum boni operis conſenſum. Gratia verò adiuuans eſt illa, quæ,præimmiſſa illuſtratione intellectus, & motione voluntatis, iuuat ipſam voluntatem,& effectiuè cum ea cócurrit ad eliciendum boni operis conſenſum. Videtur tamen vna, & eadem gratia, quæ, quatenus excitat, & allicit hominem ad conſenſum dicitur excitans; quatenus verò cum homine cooperatur ad eliciendum conſenſum, vocatur adiuuans. Bellarm. *loc. cit. c.* 13. & Valent. 3. *p. q* 3.

11 *Pergas ad alteram ſubdiuiſionem gratiæ, quæ præueniens. & ſubſequens appellatur.*

Gratia præueniens,& ſubſequens non eſt diuerſa ab excitante, & adiuuante, ſed vna, & eadem eſt, vnamque & eamdem efficienciam habet. Dicitur autem præueniens, quia præuenit liberum voluntatis conſenſum. Dicitur verò ſubſequens,quia ſubſequitur præuenientem, concurrendo effectiuè cum voluntate ad eliciendum boni operis conſenſum.

Vnde eadem motio, ſeu actualis gratia duplex habet officium Alterum excitandi, & alliciendi voluntatem ad liberum conſen-

ſen·

ſenſum, & ſic dicitur excitans, & præuenies. Alterum adiuuandi, & concurrendi tamquam cauſa partialis cum volũtate ad eliciendum eumdem conſenſum, & ſic dicitur adiuuans, & ſubſequens Valentia *loc. c.* Becanus *in opuſculo de auxil. gratia cap. 2.*

12. *Circa poſtremam diuiſionem gratię, quoniam celebris quæſtio eſt inter Theologos, dicas tuum placitum.* Quid eſt gratia ſufficiens, & efficax?

Gratia efficax eſt, quæ effectum habet in nobis: ſufficiens, quæ poteſt quidem habere effectum, reipſa tamen non habet. Alij vocant efficacem, & inefficacem: alij congruam & non congruam. Valent. Bellarm. Becan. *ll. cc.*

13 *Hæc gratia actualis eſtne effectus Sacramentorum?*

Præcipuus Sacramentorum effectus eſt gratia habitualis, quæ formaliter animam ſanctificat, niſi ponatur obex Nihilominus in ſingulis Sacramentis dari ſpecialia auxilia gratiæ actualis, ad finem Sacramenti ordinata, docet S. Thom. *3. p q. 62. art. 2.*

14 *Habitualis gratia, quę ſanctificat animam, complectiturne vnum tantum habitum?*

In viatoribus complectitur varios habitus ſupernaturales, qui diuinitus ſunt infuſi, vt habitum fidei, ſpei, charitatis, & gratiæ iuſtificantis, Becan. *cap. 1. t. 4 nu. 6.* ex S. Thom Qui habitus fidei, ſpeiquè non amittitur, amiſſa gratia.

15 *Audiui ſapè celebrem diſtinctionem primæ, & ſecundæ gratię: rogo, mihi aperias,*

rias, de qua ſpecie gratia intelligatur.

Cùm in materia ſacramentorũ habetur ſermo de prima,& ſecũda gratia, intelligitur de prima, & ſecunda gratia habituali, quæ animæ inhæret per modum qualitatis permanentis eamquè formaliter ſanctificat, non autem de actuali, quæ talem diſtinctionem non admittit.

16 *Intercedit aliqua differentia inter primam, & ſecundam gratiam?*

Nulla intercedit differentia, vna enim, & eadē eſt gratia, quæ modò vocatur prima, modò ſecũda. vocatur prima, quādo primò cōfertur homini gratia carenti, ſecundùm menſurā diſpoſitionis; quia non ſupponit aliam. Dicitur verò ſecunda, quando datur homini in gratia exiſtenti, ſecundũ menſuram meriti, quia ſupponit primam, & alio nomine nuncupatur augmentum.

17. *Conferuntne omnia sacramenta primam gratiam?* Negant non pauci, quibus ſubſcribit Vaſq *diſp.* 205. *c.* 4 *&* 5. Sed communiter Doctores affirmant: quia ſacramenta ſunt inſtituta ad conferendā gratiam, eamquè conferunt non ponentibus obicē; Baptiſmus quidē, & Pęnitentia primariò, & per ſe; reliqua verò ſacramenta ſecundariò, & per accidens, ac proinde etiam primā gratiam, ſi recipiens, v.g. Sacramentum Euchariſtiæ in ſtatu peccati mortalis, non impediat, eò quod bona fide ſe eſſe contritum exiſtimet, cùm re vera tantũ ſit attritus. In quo caſu ſupponitur, quòd communicandi, vel celebrandi

vr-

vrgeat neceſſitas,copiaquè Confeſſarij deſit. S. Th 3. *p q.79.a.* 3. Bell. *de Euch.l.4.c.19.* Laym. *l.5.t.1.c* 6 *n.2.* Bon *diſp.1.q.4.p.2.n.2.*

18 *Quò pacto operantur tam admirabilem effectum Sacramenta?*

Sicut duplex eſt genus efficientis cauſæ, ſcilicet phyſicæ,& moralis; ita duplex eſt Doctorum opinio. Quidam tenet Sacramenta producere gratiam in genere cauſæ phyſicæ inſtrumentalis, alij in genere cauſæ morali tantum.

19 *Explica, quæſit cauſa phyſica, & qua moralis?*

Cauſa efficiens phyſica eſt illa, quæ per ſuā virtutē & realem influxū producit effectum. Moralis,quæ non attingit effectū ſua virtute,&influxu,ſed mouet cauſā phyſicā ad operādū,ratione cuius motionis operatio,& effectus cauſæ phyſicæ adſcribitur, & imputatur cauſæ morali, mouenti.

20 *Quę ſententia videtur magis conſona veritati.*

Prima ſententia,quod ſcilicet Sacramēta immediatè tamquā cauſa phyſica producant gratiā,inſtrumentaliter concurrendo cum Deo,qui eſt principalis cauſa phyſica eiuſdem gratiæ. Non enim implicat,quòd Deus eleuet aliquam creaturam,v.g. aquā in Baptiſmo ad producendum effectū ſibi improportionatum,videlicèt gratiā: ergo credendum eſt, quod de facto eleuauerit; cùm hoc ſpectet ad maiorem dignitatem ſanctitatem,& excellentiam Sacramentorum. Suar. *to.1. in 2.p. diſp.* 21. *ſect.6.* Bell.

*lib 2. de Sacram. cap.*16 *nu* 4. Card de Lugo *diſp.*4. *Sacram. ſect* 4.

21 *Gratia habitualis in quo ſubiectatur?*

Subiectatur in Subſtantia animæ, quia decor eſt, & ornatus totius animæ, non alicuius potentiæ.

22 *Cùm gratia decor ſit, & ornatus animę: requiro, quomodo hic decor, & ornatus efficiatur in anima?*

Nonnulli putant gratiam produci à Deo per ſimplicem creationem, moxquè animæ tamquam ſubiecto vniri, Sed rectius ſentiunt qui docent, gratiam educi de potentia animæ, non naturali, ſed obedientiali. Quia gratia, cùm ſit qualitas ſupernaturalis atque ideò accidens debet ſemper inhærere ſubiecto, & conſequenter recipere ſuum eſſe per actionem dependentem à ſubiecto. Ergo per actionem eductiuam, non creatiuam. Becan. *tom* 4. *c.* 3. *quæſt.* 6. *num* 2. Card de Lugo *cit. diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.*39.

DE

DE CHARACTERE.

CAP. VI.

1 *Quinam eſt ſecundus Sacramentorum effectus.*

EST Caracter, non quidem cõmunis omnibus Sacramentis, ſed tribus tantùm.

2 *Quid eſt Character?*

Eſt ſignum quoddam ſpirituale impreſſum animæ, quod deleri nunquam poteſt. S. Thom. 3. p. q. 63. art. 1.

3 Obiectio. *Gratia, quamuis ſubiectetur in anima, quæ eſt immortalis, tamen deſtruitur. Ergo, & Character deleri poteſt?*

Character non ex eo, quòd imprimitur in anima, indelebilis redditur; ſed quia non habet contrarium; per quod deſtruatur; gratia verò pugnat cum mortali peccato. Accedit quod Character eſt quædam conſecratio animæ hominis chriſtiani; conſecratio autem tandiù durat quandiu durat res conſecrata. Becan. *de Sacram. in gen. c. 4. q. 3. nu. 2.*

4 *Si homo baptizatus, idemque Sacerdos, mortuus reuocaretur ad vitam, indigeret ne rurſus baptizari, & ordinari.*

Nequaquam indigeret, eò quod Character indelebiliter remaneat animæ impreſſus, vt dictum eſt.

Quo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

5 *Quotuplex eſt Character?*

Triplex, ſcilicet Character Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis. Trid. *ſeſſ.* 7. *can.* 9.

6 *Ad quid deſeruit hic triplex Character?*

Character Baptiſmi reddit hominem aptum ad recipienda alia ſacramenta, quorum non baptizatus nequit eſſe capax, Character Confirmationis efficit hominē promptum ad eliciendos actus fidei. Character verò Ordinis deputat hominem ad miniſtranda in Eccleſia Sacramenta. S.Th. 3.*p.* *qu*.63. *art* 2.

7 *Poteſtne aliquando imprimi Character ſine receptione gratię?*

Poteſt: quia Character valet ſimul ſtare cum peccato: & patet in eo, qui lethali culpa infectus, recipit Baptiſmum, vel Ordinem ſine prærequiſita pœnitentia. Gratia vero non poteſt conſiſtere cum mortali peccato. Layman *lib* 5. *t*.1. *cap* 7. *num* 4.

8 *Quis eſt capax Characteris?*

Quilibet homo, ſiue maſculus, ſiue fœmina, capax eſt Caracteris Baptiſmi, & Confirmationis. Solus vero maſculus, baptizatus, & confirmatus, eſt capax Characteris Ordinis, non autem fœmina, neque hermaphroditus. S. Thom *in* 4. *diſt*. 25. *quaeſt*. 2. *art*.1 qua de re fuſiùs infra de ſacr. Ordin. *cap*. 10. *n*. 11.

DE MINISTRO SACRAMENTORVM.

CAP. VII.

1 *Quis eſt Miniſter Sacramentorum?*

SOLVS homo viator ſecundùm legem Dei ordinariam eſt Miniſter Sacramentorum. S. Thom. 3. *p.q.67. art. 3. & 7.*

2 *Angelus, vel Dæmon valent ne conficere, & adminiſtrare Sacramenta?*

Non poſſunt eſſe miniſtri Sacramentorum: Tum quia Angeli propriè, & vitaliter ne queunt formam Sacramentorum pronunciare. Bell. *l.* 1 *de Sacr. c.* 24 Tum quia Angeli non ſunt ad hoc à Chriſto miniſtri deputati. Idem dicitur de Anima ſeparata; quia licet retineat characterem, re vera non eſt homo. S. Thom. *qu.* 64. *art.* 4. Card. de Lug *diſp.* 8. *ſeſſ.* 1. *n.* 2.

3 *Quibus qualitatibus præditus eſſe debet Sacramentorum Miniſter?*

Quatuor potiſſimùm, nimirùm, ſcientia, prudentia, probitate, & iuriſdictione.

4 *Quanta ſcientia requiritur in Sacramentorum Miniſtro?*

Tanta requiritur ſcientia, vt rectè obire poſſit munus ſuum, videlicet, rectè conficere, & adminiſtrare ſacramenta.

5 *Cur Prudentia deſideratur in Miniſtro?*

Prudentia deſideratur, vt is aduertere,

inſtruere, interrogare, natureque omnia proſpicere, & agere poſſit.

6 *Probitas Miniſtri requiritur ne ad Sacramenti valorem.*

In Miniſtro Sacramenti, ad id ordinato, & conſecrato, requiritur probitas, ſiue, vt ſit in gratia, non ad Sacramenti valorem: quia Sacramenta conferũtur virtute Diuina, ſed ad dignã Sacramenti adminiſtrationẽ quia ſancta ſanctè tractanda ſunt S. Th. *q. 64. a. 6.*

7 *Quid, ſi Miniſter conficiat, & miniſtret in ſtatu peccati mortalis?*

Miniſter Sacramenti, ad id ordinatus, ſi conficiat, miniſtret ſolemniter in mortali, v. g. ſi baptizet, vel abſoluat, per ſe loquendo, toties, quoties, delinquit mortaliter. Card. de Lugo *diſp. 8. ſect. 9. n. 151.* An ve. ò ſimiliter delinquat, ſi tantùm miniſtret, vide *quæſitum* 174. *de Ordin. Presbyter.*

8 *Idemne dicendum de Laico, ſi interdum in neceſſitate baptizet?*

Laicus, in neceſſitate baptizans cum cõſciẽtia peccati mortalis, nõ delinquit mortaliter. Quia non eſt Miniſter ad id ordinatus S Th *l. c. & in 4. diſt. 24. q 1. a. 3.* Laym *l. 5 tr. 1. c. 5. n. 9.* Bonac. *de Sacr. diſp. 1. q. 3. pũct. n. 2.*

9 *Quid, ſi Miniſter ad id conſecratus, ſed ſine ſolemnitate, miniſtrat?*

Delinquit, quod ſolemniter conficit, & miniſtrat; alioquin excuſatur à mortali. Filliuc. *tr. 1. n. 88.* ex Suar. & ConincK.

10 *Quid agere debet Miniſter, quando ſolemniter adminiſtraturus eſt Sacramentum, & non eſt in ſtatu gratiæ?*

Si habet copiã confeſſarij, optimũ conſilium eſt, vt præmittat confeſſionem; non tamen neceſſariò ad id tenetur (niſi velit ſacrũ facere) Tum quia de hoc nullũ extat præceptum Tum quia non tenetur ſemper maiorem certitudinem iuſtificationis procurare. Debet igitur, & ſufficit elicere actum cõtritionis, vel conari ad talem actũ, donec Miniſter probabiliter ſe diuinam recuperaſſe gratiam exiſtimet. Card. de Lugo *diſp. 8. ſect. 9 n. 151.* Laym. *lib. 5. t. 1. c 5. n. 2.*

11 *Miniſter eſt excommunicatus, validène conficit Sacramentum?*

Validè quidem conficit, & adminiſtrat Sacramentum etiam Pœnitentiæ, ſi ſit toleratus; ſed delinquit mortaliter, & irregularitatem contrahit, ob violationem cẽſuræ maioris excommunicationis; niſi vrgens neceſſitas, vel ignorantia non craſſa, eum excuſet. Laym *lib. 1. t. 5. p 5. c 3. nu. 4.*

12 *Quid ſi Miniſter ſit hæreticus.*

Priuatus error hæretici Miniſtri non obſtat Sacramenti valori; modò verã materiã adhibeat, & ſubſtãtialem verborũ formã proferat cum intentione faciẽdi, quod Chriſtus inſtituit, vel quod vera Eccleſia facere intẽdit, Bo *q. 2. p. 2. n. 9* Suar *diſ 2. ſ 4.*

13 *Ad Sacramentum conficiendum eſtne neceſſaria intentio?*

Procul dubio neceſſaria eſt debita intentio Miniſtri. eſtquè articulus fidei: ſicut conſtat ex Trident *ſeſſ. 7. can* 11.

14 *Quid eſt intentio?*

Intentio eſt actus voluntatis circa finem,

per debita media aſſequendum.

15 *Quotuplex eſt intentio?*

Triplex, actualis, virtualis, & habitualis.

16 *Quænam eſt intentio actualis?*

Intentio actualis eſt, cùm quis habet explicitam voluntatem faciendi, quod facit; & actu aduertit ſe hìc, & nunc habere talem voluntatem, & intentionem.

17 *Quænam eſt intentio virtualis?*

Intentio virtualis eſt, cùm quis pergit complere operationem, inchoatam cùm voluntate actuali, tunc ob mentis euagationem, diſtractam, ſed non mutatam. Et dicitur virtualis, quia perdurat in aliquo effectu, virtute intentionis actualis incępto. Bellarm. *lib.* 1. *de Sacram. cap.* 17.

18 *Quænam denique; eſt intentio habitualis?*

Intentio habitualis eſt, cũ quis ſine vlla præcedẽti intẽtione, & voluntate aliquid facit ex quodã habitu acquiſito per frequẽtẽ vsũ illud faciendi. Laym. *l.* 5. *tr.* 1. *c.* 5. *n* 11

19 *Quænam harum intentionum neceſſaria eſt ad faciendum Sacramentum?*

Actualis quidem eſt omnium perfectiſſima, non tamen neceſſaria, ob moralem impoſſibilitatem tenendi ſemper irremiſſam cogitationem, etiam cùm res ſanctiſſimas tractamus. S. Th. *q* 64. *ar* 8. Sufficit igitur virtualis, cùm deficit actualis.

20 *Quid de habitualis?*

Habitualis nullo modo ſufficit quia non eſt actus humanus, & moralis; neq; per illum ſe determinat Miniſter ad operandũ. Bon. *de Sacr. diſp.* 1 *q* 3. *p.* 2. *n.* 11. ex cõmuni.

21 *Im-*

21 *Impotens rationis, ebrius, vel dormiens poſſuntne conficere Sacramenta?*

Non valent conficere Sacraměta, etiamſi antea intenderint; quia illorũ actiones nõ sũt humanæ, & mortales Laym *l. 5. tr. 1. c. 1.*

22 *Differuntne intentio ab attentione?*

Differt; quia intentio eſt actus volũtatis circa finẽ, vt dixi; attẽtio verò eſt actus intelectus, quo homo cõſiderat, ea quę facit

23 *Quinam ritus ſeruari debet a Miniſtro in Sacramentis adminiſtrandis.*

Duplex ritus ſeruandus eſt; alter præſcriptus à Chriſto, cum ſacramenta inſtituit nimirũ materia forma & intentio Miniſtri. Alter præſcriptus ab Eccleſia, & ſunt cæremoniæ illæ externæ, quæ adhibentur, in Sacramentis adminiſtrandis. Fran. Lugo *lib. 1. de Sacram. c. 11. quæſt. 14. num. 105.*

24 *Vterque ritus eſtne neceſſario ſeruandus á Miniſtro.*

Vterque neceſſariò ſeruari debet, cum hac tamen diſtinctione, quod prior, videlicet præſcriptos à Chriſto, ſeruandus eſt ex neceſſitate Sacramenti; poſterior verò hoc eſt, præſcriptus ab Eccleſia, ex neceſſitate præcepti, ob maiorem rei ſacræ ſignificationem, vel miniſterij ornatum. Fran Lugo *loc. cit.*

25 *Explica vberiùs, quænam ſit neceſſitas Sacramenti, & quæ præcepti.*

Illud dicitur neceſſariũ neceſſitatę Sacramenti, quo prætermiſſo nec licitè, nec validè Sacramentũ confertur; & ſic materia forma, & intẽtio Miniſtri dicũtur de neceſ-

ſitate

ſitate Sacramenti Illud verò dicitur neceſ-ſarium neceſſitate pręcepti, quod in Sacramentis adhibendum eſt, ob præceptum Ecclesiæ, ſi tamen omittatur, & ſi interdū illicitè, validè tamen Sacramentū miniſtratur: & ſic cæremoniæ, ab Eccleſia præſcriptæ, ſūt de neceſſitate præcepti Bell. *l.* 2 *de Sacram. c.* 29. & Suar. 3. *p. to* 3. *diſp.* 15 *ſect.* 1.

26 *Quanam igitur culpa ſe obſtringit Miniſter, ſi in Sacramentis miniſtrandis, contemnat, negligat, omittat, vel mutet ritus, ab Eccleſia præſcriptos?*

Si Miniſter contemnat ritus, ab Eccleſia præſcriptos, ſemper delinquit mortaliter. Si tantùm eſt negligens circa cæremoniarum obſeruationem; delinquit grauiter, vel leuiter iuxta aduertentiam ad culpam grauem, vel leuem. Secluſo verò contemptu, vel ſcandalo omiſſio, vel variatio rituum eſt mortalis, vel venialis pro grauitate, vel leuitate materiæ. Suar. *cit.* *ſect.* 1 & 2. Fran Lugo *cit.* Filliuc. *tr.* 5. *n.* 150.

27 *Rectè quidem, ſed vlterius requiro, quinam ritus in hoc negotio cenſendus ſit materia grauis, vel leuis.*

Cōmuniter Doctores exiſtimāt materiā eſſe grauē, & mortalis culpę capacē, ſi quis in Eccleſia latina cōſecraret in fermētato, vel in cōſecratione calicis omitteret mixtionē aquæ; vel extra neceſſitatis caſū baptizaret ſine ſolēnitate, aut miniſtraret aliquod Sacram. ſine veſtibus ſacris. Diana *p.* 7. *tr.* 10. *reſ.* 31. *l.* 1. *de Sacram. c* 2 *q.* 14. *n.* 105.

Qui verò aliquod verbum in precibus, vel

ritum

ritum aliquem accidentalem omitteret in ſolemni baptiſmo, vel ſimili admini ſtratione, eiuſmodi omiſſionem nõ excedere culpam venialem, ob leuitatem materiæ, cenſent Dia. & Lugo *l. c.* qui rectè notant ſæpenumerò excuſari Miniſtrũ ab omni culpa, vel ob inaduertentiam, vel neceſſitatẽ.

28 *Duo Miniſtri poſſutne conficere vnum & idem Sacramentum?*

Reſp Primò In matrimonio duo Miniſtri ſunt neceſſarij ad miniſtrationem vnius ſacraméti, quia natura talis cõtractus ita exigit, vt ſcilicet vnus tradat & alter accipiat.

℞ ſecundò. In Pœnitentiæ Sacramento duo neceſſariò debent concurrere, penitens exhibens materiam, & ſacerdos inducens formam. Nam cùm fiat per modum iudicij, oportet reum diſtingui à iudice.

Reſp. tertiò. In ſacra ordinatione ſi duo, vel plures cum Epiſcopo proferant, & ſimul finiant formam ſuper eamdem materiam, omnes ſimul conficiunt vnum ſacramentum, ſicuti docent Suarez *3. par. to. 3. diſp. 23. ſect. 3.* Fanc. Lugo *cit q. 14. nu. 107.* Vide infra *quæſt 24.* de Ordin. Presbyt.

Quod verũ eſt, ſi noui ſacerdotes tẽpore cõſecrationis exiſtãt prope altare, vbi Epiſcop celebrat, ita, vt etiã eorũ ſẽſibus materia cõſecranda ſit expoſita, quod prorſus neceſſarium eſt ad validam cõſecrationẽ. Qua de re vide infra *quæſt 82.* de ord. Presb.

Reſp quartò. In alijs ſacramentis vnus tãtum debet eſſe miniſter: Vnde ſi duo adminiſtrent idem Sacramentum, v.g. ſi alter

pro-

proferat formæ partem,& alter aliam præter mortalem culpam,irritum reddunt ſacramentum,quia tollitur verus formæ ſenſus. Excipienda tamen eſt Extrema Vnctio, quæ cum plures formas partiales habeat,validè poſſunt proferri à pluribus Miniſtris, & licitè etiam in caſu neceſſitatis. In Euchariſtia quoque ſaltem validè poteſt vnus ſacerdos conſecrare hoſtiam, & alter calicem Suarez *cit. diſp.* 23. *ſect.* 3. Bonac. *de Sacr. diſ.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. & *diſp.* 3. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 24. Fran Lugo *de Sacr. l.* 1. *cap.* 2. *queſt.* 14. *num.* 108.

29 *Quotuplex eſt poteſtas Sacrorum Miniſtrorum?*

Duplex, altera Ordinis, quæ prouenit à Chriſto per impreſſionẽ Characteris in ſuſceptione ſacrorum Ordinũ, altera iuriſdictionis, quæ confertur ab Eccleſia per deputationem ad curam animarũ vel ad confeſſiones audiendas. S. Th. *in ſup. q* 17. *a* 3.

30 *Sine approbatione poteſtne Sacerdos aliquando à peccatis abſoluere?*

In tribus caſibus quilibet ſacerdos poteſt à peccatis abſoluere ſine alia approbatione. Primo à ſolis venialibus. Secũdo à mortalibus, à quibus antea pœnitẽs ſemel ritè abſolutus fuit Vide Suar. Valentiam, Layman quos citat, & ſequitur Card de Lugo *diſ.* 18. *ſect.* 3. *n* 1. Tertiò in probabili periculo mortis ab omnibus omninò peccatis, cẽſuris & caſibus reſeruatis. Trid. *ſeſſ* 14 *c.* 6. Citra illud non poteſt abſoluere, neque ab excommucatione minori, quia, cum ſit

vin-

vinculũ Eccleſiæ, requirit in abſoluente iuriſdictionem, qua caret ſimplex ſacerdos.

31 *Quomodo abſoluere poteſt ſimplex Sacerdos in dictis caſibus, ſi à Superiore non eſt approbatus, & conſequenter caret iuriſdictione?*

Duplex eſt poteſtas iuriſdictionis, altera, quæ expreſsè confertur à Superiore, precedente approbatione; altera, quæ tacitè datur ab Eccleſia, ſiue iure Eccleſiaſtico vniuerſali in aliquo caſu. Sacerdos itaq; in dictis caſibus abſoluit fultus iuriſdictione tacitè ſibi ab Eccleſia collata, nõ à ſuperiore

32 *Simplex Sacerdos abſoluit in periculo mortis pœnitentẽ à reſeruatis, teneturne ſic abſolutus, ceſſante periculo, rurſus confiteri Superiori.*

Abſolutus in periculo mortis à reſeruatis nõ cogitur iterũ Superiori confiteri eadem reſeruata. Quia in periculo vitæ cenſetur ſublata omnis reſeruatio, & directè pœnitens abſolutus. Nau. Suar. Fill. quos ſequitur Bonac. *diſp. 5. qu 7. punct. 1. n. 13.*

33 *Idemne reſoluendum de abſoluto à cenſuris in eodem diſcrimine vitæ?*

Nequaquam idem reſoluendũ, nam abſolutus in periculo mortis à cenſuris, ceſſante impedimento, tenetur ſe ſiſtere Superiori, cui reſeruatæ ſunt, non vt iterum abſoluatur ſed vt Eccleſiæ mandatis obediat: de quo latiùs egi in prima parte Elucidarij caſuum reſeruatorũ *reſol. 69* & conſtant ex *cap. eos, qui de ſent. excom. in 6.*

34 *Quid, ſi ſic abſolutus Superiori ſe præſentare negligat?*

Ceſſante impedimento, & non ſe præſẽtante,

tante,cum primùm commodè poteſt,reincidit in eaſdem cenſuras *ex eodem c.de ſent. excomm. in* 6. Nau. *cap*.27. *n*.89. *& nu*. 113.

35 *Sacerdos innodatus excommunicatione maiori, ſi abſoluat conſtitutum in periculo mortis, ſit ne irregularis?*

Miniſter excommunicatus, etiam non toleratus,& hæreticus,abſoluens conſtitutum in articulo mortis, nullam incurrit irregularitatem ex conceſſione Trid. *ſeſſ*.17. *c*. 7. Barbaſ. *ſuper idem Concil*. *num*. 18.

36 *Peccatne Miniſter, Sacramenta miniſtrando indignis?*

Qui peccatori publico, vel aliter indigno Sacramenta miniſtrat, grauiter peccat, niſi indignitas innoteſcat ex confeſſione, vel occulta ſit, & ex negatione ſequeretur infamia. Bonac. *de Sacrament.diſ*. 1. *quæſt*.6. *punct*.4. & DD. omnes.

DE SVSCIPIENTE SACRAMENTVM.

CAP. VIII.

1 *Quinam eſt capax ſuſcipiendi Sacramenta.*

Solus homo,ſed non omnis homo, viator eſt capax omniũ Sacramentorum, ſed trum tantùm,Baptiſmi, Confirmationis,

nis, & Euchariſtiæ, Nam fœminæ moraliter nō ſunt capaces Ordinis, nec Religioſi matrimonij, nec ſani Extremæ Vnctionis, nec Beata Virgo fuit capax abſolutionis.

2 *Quis intelligitur nomine Viatoris?*

Intelligitur, qui adhuc in vita degit, nondumquè peruenit ad cœleſtem patriam, ad quam creatus eſt, & tendit.

3 *Angeli, & Animæ beatorum ſuntne capaces Sacramentorum?*

Non ſunt capaces, tum quia non ſunt viatores, ſed comprehenſores: tum etiam, quia Sacramentum eſt aggregatum ex rebus, & verbis, quæ res cum ſint materiales, non competunt creaturis ſpiritualibus.

4 *Quę diſpoſitio prærequiritur in ſuſcipiente Sacramenta?*

Ad valorē Sacramenti in adultis requiritur voluntas, ſeu intentio ſaltē interpretatiua ſuſcipiēdi Sacramentū In paruulis autē, perpetuò amentibus ſufficit fides, & intētio Chriſti, & Eccleſiæ, *Fil t.1.c.8.* ex Tho.

5 *Sufficitne eiuſmodi diſpoſitio etiam quo ad fructum?*

Non ſufficit, ſed prætereà ad fructum, & effectum in Sacramentum Baptiſmi, & Penitentiæ requiritur ſaltem attritio ſupernaturalis: Ad reliqua verò Sacramenta, quæ dicuntur viuorum requiritur, vt ſuſcipiens ſit in gratia. Bonac. *de Sacrament. diſp* 1. *quęſt* 6. *punct* 1. ex communi.

6 *Cum fictione qui recipit Sacramentum, validene ſuſcipit?*

Duplex eſt fictio, altera, quæ alio nomine di-

dicitur ſimulatio, & hęc irritũ reddit Sacramentum. Altera vocatur non debita, diſpoſitio, quæ licet non deroget valori, ſuſpendit tamen effectum, hoc eſt, gratiã Sacramenti, Bonac. *l.c punct.* 2. ConincK. *qu.*62. *art.*1. *dub.*5.

7 *Poſt ſuſceptum Sacramentum recedit fictio, ideſt, ſuſcipiens debitam aſſumit diſpoſitionem, recipitne gratiam?*

Sacramenta ſuſcepta cum fictione, recedente poſtea fictione, hoc eſt, aſſumpta debita diſpoſitione, conferunt gratiam. Sic Pœnitentiam bona fide ſuſceptam ſine attritione ſupernaturali, concepta deinde tali attritione conferre gratiã, docet Bonac. *diſp.*5.*q* 6 *punct* 3.*n.* 5. & 6. Sic fieri in Euchariſtia ſi ante cõſumptas ſpecies, eliciatur exiſtimata contritio. Idem in matrimonio, durante eodem coniugio; & in Extrema Vnctione, ſi auferatur obex, durante eodem morbo, docent Laym. *l.* 5.*t.* 5. *c.*7. *n.*4. & 5. ConincK. *qu.* 62. *a.* 1. *dub.*5. *nu.*7. Quod certius eſſe de Sacramentis, characteré imprimẽtibus tradit Suar. *diſp.*28 *ſ* 1.

8 *Licetne petere, & ſuſcipere Sacramenta á Miniſtro, quem ſcio in mortali peccato conſtitutum?*

Ab eo, qui miniſtrat ex officio, vti eſt Parochus, licet petere, & ſuſcipere Sacramẽta: quia ſuſcipiens vtitur iure ſuo, & miniſtrans confeſſionem, vel contritionem præmittere poteſt. Ab eo autem, qui miniſtrat tantùm ex charitate non licet, niſi aliqua neceſſitas, quia induceretur ad peccatum

catum

catum ſine iuſta cauſa quod repugnat charitati. Nau. Sanchez, quos citat, & ſequitur Laym. *lib. 2. tract. 3. cap 13. num. 8.*

9 *Quid, ſi Miniſter ſit excommunicatus.*

Vel Miniſter eſt excommunicatus, non toleratus, & tunc nullo caſu, præterquam in articulo mortis, licet ab eo Sacramenta petere. Vel eſt excommunicatus toleratus, iiſque Parochus, vel expoſitus ſacerdos, & tunc, concurrente iuſta cauſa, licitum eſt Sacramenta petere. Sotus, & Sanch. apud Layman *l. 1. t 5. p. 2. c 4. n 5.* Extra hunc caſum, grauem culpam eſſe, docet Suarez ConincK. apud Auilam *p. 2. cap. 6. diſp 8. dub. 1. & 2.* Et hæc ſatis de Sacramentis in genere. Plura enim non ad directionem Ordinandorum, ſed ad Confeſſariorum inſtitutionem pertinent.

DE SACRAMENTALIBVS.

CAP. IX.

1 *Differuntne Sacramentalia, & Sacramenta?*

VAldè differunt, nam Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum, à Chriſto inſtitutum. Sacramentalia verò ſunt actiones, ſacræ, vel ceremoniæ Eccleſia,

cleſiaſticæ, quibus, veluti circumſtantijs à religioſis, in Sacramentorum potiſſimum adminiſtratione vtitur Eccleſia.

2 *Quænam ſunt iſta ſacramentalia?*

Multa, & varia ſunt, ſed maximè oratio Dominica, aqua luſtralis, ſiuè benedicta, exorciſmi, preces, benedictiones variarum rerum conſecrationes perſonarum, Eccleſiæ calicum, Agni cerei, lumina, ſignum ſanctæ Crucis, & alia id generis permulta.

3 *Sacerdos in peccato mortali conficit ſacramentalia, delinquitne mortaliter?*

Affirmant nonnulli, vt Nauar *de horis canon. cap 6. n 41. &* Sayr. *de Sacrament lib. 1. cap 7. qu. art 5.* aſſerentes Presbyterum, ſacramentalia conficientem, v. g. benedicentem, aquam, ſal, panem, cereos in peccato mortali, delinquere mortaliter. Sed contrarium eſt ſuſtinendum; quia huiuſmodi functiones non ſunt actiones ſacramentales, nec proximè tendunt ad ſanctificationem animarum: ideoque non ita grauiter exigunt internam Miniſtri ſanctificationem. Fran. Lugo *de ſacram. lib. 1. cap. 2 qu. 6. nu 52.* Paulus *to 4 tr. 18. punct 6. num. 4.* Diana *par. 3 tr. 6. reſol. 67.*

4 *Sacramentalibus ineſtne virtus remittendi peccata?*

Sacramentalia non habent vim immediatè remittendi peccata, quia peccatum etiam veniale, cum ſit quædam macula, non tollitur ſine infuſione, & nitore gratiæ, ad quam conferendam nullam per ſe

vim

vim habent ſacramentalia. Habent tamen vim impetrandi à Deo auxilia gratiæ præuenientis, & excitandi pios motus in peccatores ad iuſtificationem, in iuſto ad maiorem cumulum gratiæ, & vitæ perfectionem, inſuper operandi ſanitatem, & beneficia corporalia. ConincK *quæſt. 71. art 3 &* Layman *lib. 5, tract. 6, cap. 4. nu. 17* Vide infra Epitomen Sacr. Ritu. *c. 4. Verſic. His addendum?*

5 Delinquitne, qui negligit, vel Sacramentalia omittit?

Formalis contemptus, vel omiſſio ſacramentalium ex culpabili negligentia, præcipuè circa Sacramentorum adminiſtrationem, vel Miſſæ ſacrificium culpam mortalem continet, niſi paruitas materiæ excuſet. Fagund *par. 1. lib. 3. cap. 21. n. 9* Filliuc. *tract. 1. num. 89.* Diana *par. 7. tract. 10. reſol. 31.*

cleſiaſticæ, quibus, veluti circumſtantijs à religioſis, in Sacramentorum potiſſimum adminiſtratione vtitur Eccleſia.

2 *Quęnam ſunt iſta sacramentalia?*

Multa, & varia ſunt, ſed maximè oratio Dominica, aqua luſtralis, ſiuè benedicta, exorciſmi, preces, benedictiones variarum rerum conſecrationes perſonarum; Eccleſiæ calicum Agni cerei, lumina, ſignum ſanctæ Crucis, & alia id generis permulta.

3 *Sacerdos in peccato mortali conficit ſacramentalia, delinquitne mortaliter?*

Affirmant nonnulli, vt Nauar *de horis canon. cap 6. n* 41. *&* Sayr. *de Sacrament lib.* 1. *cap* 7. *qu. art* 5. aſſerentes Presbyterum, ſacramentalia conficientem, v. g. benedicentem, aquam, ſal, panem, cereos in peccato mortali, delinquere mortaliter. Sed contrarium eſt ſuſtinendum. quia huiuſmodi functiones non ſunt actiones ſacramentales, nec proximè tendunt ad ſanctificationem animarum: ideoque non ita grauiter exigunt internam Miniſtri ſanctificationem. Fran. Lugo *de ſacram. lib.* 1. *cap.* 2 *qu.* 6. *nu* 52. Paulus *to* 4 *tr.* 18. *punct* 6. *num.* 4. Diana *par.* 3 *tr.* 6. *reſol.* 67.

4 *Sacramentalibus ineſtne virtus remittendi peccata?*

Sacramentalia non habent vim immediatè remittendi peccata, quia peccatum etiam veniale, cum ſit quædam macula, non tollitur ſine infuſione, & nitore gratiæ, ad quam conferendam nullam per ſe vim

vim habent ſacramentalia. Habent tamen vim impetrandi à Deo auxilia gratiæ præuenientis, & excitandi pios motus in peccatores ad iuſtificationem, in iuſto ad maiorem cumulum gratiæ, & vitæ perfectionem, inſuper operandi ſanitatem, & beneficia corporalia. ConincK *quæſt. 71. art 3 &* Layman *lib. 5, tract. 6. cap. 4. nu. 17* Vide infra Epitomen Sacr. Ritu. *c. 4. Verſic. His addendum?*

5 Delinquitne, qui negligit, vel Sacramentalia omittit?

Formalis contemptus, vel omiſſio ſacramentalium ex culpabili negligentia, præcipuè circa Sacramentorum adminiſtrationem, vel Miſſæ ſacrificium culpam mortalem continet, niſi paruitas materiæ excuſet. Fagund *par. 1. lib. 3. cap. 21. n. 9* Filliuc. *tract. 1. num. 89.* Diana *par. 7. tract. 10. reſol. 31.*

DE

Anno 1 0 7 . 6

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CAP. X.

1 *Quid eſt Ordo.*

✠ ORDO, ita definitur apud S. Tho *in ſuppl.3.part.quæſt.34 art.2.* Eſt ſignaculum quoddam Eccleſiæ, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Quaſi dicat, Ordo eſt ſignatio, ſeu cæremonia ſacra, quo ordinato traditur poteſtas ſpiritualis circa Euchariſtiæ in Miſſa tractationem.

2 *Differuntne Ordo ab ordinatione?*

Different, quia ordinatio eſt ſignum ſenſibile ſacrum, quod conſiſtit in porrectione certæ materiæ cum quadam verborum forma, conferens gratiam, poteſtatem circa Corpus Chriſti verum, in ordine ad Corpus Crhiſti myſticũ. Ordini verò conuenit alia definitio, vt ſupra videre licet.

3 *Explica quidnam ſit Corpus Chriſti verum, quiduè myſticum.*

Corpus Chriſti verum eſt Sanctiſſima Euchariſtia. Corpus verò myſticum eſt Eccleſia ideſt, congregatio fidelium.

4 *Ordo eſtne Sacramentum?*

Ordo, ſeu rectiùs ordinatio eſt verè, & propriè Sacramentũ, à Chriſto Domino inſtitu-

ſtitutum, inter cetera Eccleſiæ Sacramenta numerandum. Eſt de fide, vt conſtat ex Trident. *ſeſſ. 23. cap. 3. & Can 3.*

5 *Quot conditiones requiruntur ad conſtituendum vnumquodque Sacramentum?*

Tres. Prima, vt ſit ſignum externum: Secunda, vt illud ſignum fuerit à Chriſto Domino inſtitutum. Tertia, vt adſit promiſſio gratiæ.

6 *Repertas, & aperias has tres conditiones in Sacramento Ordinis?*

Prima conditio innoteſcit in impoſitione manuũ, quæ eſt ſignum externum Secunda ex illis verbis *hoc facite in meam commemorationem*. Matth 26. Tertia ex Epiſt. 1. ad Timoth. *Admoneo te, vt reſuſcites gratiã, quę in te eſt per impoſitionem manuum mearum.*

7 *Cum Sacramentum ſit ſignum, cur definiuiſti Ordinem per ſignaculum, & non per ſignum?*

Ordo definitur per rem ſpiritualem, quæ eſt character, ad differentiam rerum corporearum, quæ ſunt ſigna in alijs Sacramentis, vt aqua in Baptiſmo.

8 Obiectio. *Cur in definitione Baptiſmi non ponitur ſignaculum, ſicut in definitione Ordinis?*

Quia principalis effectus Baptiſmi non eſt character, ſed gratia ſanctificans deletiua maculæ originalis. In Ordine autem principalis effectus eſt character.

9 *Præter characterem, daturne aliud in ſuſceptione Ordinis?*

Confertur gratia ſanctificans ad augmen-

tum,niſi ponatur obex in ſuſcipiente.Inſuper datur peculiare auxilium gratiæ actualis,qua ordinatus promptè, rectèque poſſit munus ſuum obire. S Th *3 p q.62. a.2. ad 3.*

10 *In ſuſceptione Ordinum poteſtne interdum imprimi character, ſine infuſione gratiæ, & viciſſim infundi gratia ſine charactere?*

Poteſt imprimi character ſine receptione gratiæ, cùm quis ponit obicem ad gratiam: ſed non è contra. ConincK. *queſt. 62. art.1. dub.6 num 72.*

11 *Quiſnam eſt capax ſuſcipiendi Ordines.*

Solus homo Baptizatus eſt capax Sacramentalis ordinationis, ſicut docent S. Tho. *in 4. diſt.25. quaſt.2. art.1.* & Doctores omnes. Vnde non baptizatus inualidè ordinatur. Siquidem baptiſmus eſt ianua ſacramentorum; ſicuti conſtat ex *Cap. de Presbyter. non baptizet.*

12 *Si fœmina aliquo ordine initiaretur, eſſet ne validè ordinata?*

Fœmina ſi ordinaretur,& peccaret mortaliter,& ordinatio eſſet nulla Quod deſumitur ex inſtitutione Chriſti, qui viros dumtaxat, non fœminas ordinari voluit. Idquè iure optimo: quia ſtatus Clerici eſt ſtatus eminentiæ,nō ſubiectionis,cuiuſmodi eſt ſtatus fœminæ neque primam tonſuram poteſt ſuſcipere S. Thom *loc cit.*

13 *Quid de Hermaphrodito, ſi Ordines ſuſciperet?*

Hermaphroditus,ſi in eo præualeat ſexus fœmineus, vel ſexum fœmineū æquè participet,inualidè ordinatur.Si verò predominetur

netur ſexus virilis, quamuis ſit capax ſacramentalis ordinationis, quia vir reputatur, eſt tamen irregularis ex vitio corporis. Cad. de Lugo *in conſil. morib. 1. dub. 3.*

(Vbi addit hermaphroditum, qui quando in eo præualebat ſexus virilis, in ſacerdotem inauguratus eſt, ſi poſtmodum in eodem præualeat ſexus fœmineus, retinere quidem ſacerdotalem characterem, non tamen poſſe validè conſecrare, aut quemquam abſoluere.)

DE NVMERO ORDINVM.

CAP. XI.

1 *Quot ſunt Ordines?*

EX veteri inſtituto Eccleſiæ ſunt ſeptem, videlicèt Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Trid. *ſeſſ. 3. cap. 2.*

2 *Suntne omnes æquales?*

Non ſunt æquales, ſed alij ſunt minores & non ſacri, ſcilicet primi quatuor; reliqui tres maiores, & ſacri.

3 *Quare primi quatuor vocantur minores ceteri tres maiores?*

Vocantur minores, quia minorem obeunt functionem in Sacrificio Miſſæ, quàm Subdiaconi, Diaconi, & Presbyter, quibus maiora incumbunt officia, & votum continentiæ adnexum eſt. Laym. *lib. 5. tract. 9 cap. 3. num. 2.*

4 *Tonſura eſtne Ordo?*

Non eſt Ordo, ſed diſpoſitio, ſeu præparatio ad Ordines; ſicuti nouitiatus ad Religionem profitendam? S. Thom. *in ſuppl. q. 40. art. 2.*

5 *Quid de Epiſcopatu, Patriarchatu, Papatu?*

Epiſcopatus non eſt diſtinctus Ordo à ſacerdotio, ſed complet vnum perfectius ſacerdotium. Reliqui ſimiliter non ſunt Ordines, ſed dignitates, quæ ex electione conferuntur. Bellarm. *de Sacram. Ordin. cap. 5.*

6 *Singuli Ordines, tàm minores, quàm maiores ſuntne Sacramenta?*

De Presbyteratu nulla eſt difficultas; de Diaconatu autem, & Subdiaconatu, quidã, vt Caiet *to. 1. opuſc. tr. 11.* Medina *de ſacror. homin. contenen.* Sotus *in 4 diſt. 24 q. 1. art 4.* contendunt eos nõ eſſe Sacramenta De minoribus ſimiliter. Nau. *in man. cap. 22. num. 18.* Vaſq. *in 3. par. diſp. 237. cap 2.* Layman *l 5. t. 9. cap. 4.* reuocant in dubium, aſſerentes eſſe tantùm Sacramentalia. Sed tenendum eſt ſingulos eſſe Sacramenta non diſiunctiuè, ſed incluſiuè, quatenus ſcilicèt quatuor minores cum duobus ſacris includuntur in Sacerdotio. S. Thom. *in 4. diſt. 24. a 2.* Bellarm. *de Sacram. ordin. cap 5.* & alij communiter.

niter. Vide infra de Accoly. Ordine *q.* 14.

7 *Si Ordines ſunt ſeptem, & ſinguli ſunt Sacramenta, ergo plura, quàm ſeptem erunt Sacramenta?*

Ordines, quamuis ſint ſeptem, non ſunt tamen plura, ſed vnum Sacramentum vnitate finis, & perfectionis Quia omnes referuntur ad ſacerdotium, & in eo perficiuntur. Ita Doctores omnes cum S. Tho. *l. cit. & in add. qu* 37. *art.* 1. *ad* 2.

8 *Cur plures inſtituti ſunt Ordines in Eccleſia?*

Ob tres rationes Prima eſt, vt Dei ſapientia magis commendetur. Secunda, vt pluribus remedijs adiuuentur humana infirmitas. Tertia, vt via proficiendi latiùs pateat. S Thom. *in* 4. *diſt* 24. *qu.* 2. *art.* 1.

9 *Quodnam diſcrimen eſt inter Sacramenta & Sacramentalia?*

Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum, à Chriſto Domino inſtitutum Sacramentalia verò ſunt actiones ſacræ, quas inſtituit, & vtitur Eccleſia, in Sacramentis adminiſtrandis, quæ non pertinent ad eſſentiam Sacramenti. Vide ſupra de Sacram. in gen. *cap.* 9. *qu* 1

10 *A quo inſtituti ſunt iſti ſeptem Ordines?*

Omnes inſtituti ſunt à Chriſto Domino in vltima cena. Luc 22. Sacerdotium quidem expreſsè illis verbis, *hoc facite in meam commemorationem*, virtualiter reliqui, qui in ipſo continentur. Bellarm. *loc. cit.*

DE TONSVRA CLERICALI.

CAP. XII.

PRÆFATIO.

CVM ex Concilij Trid. *decreto ſeſſ. 23. ca. 4. ſatis ſit ijs, qui tonſura inſigne condecorandi ſunt, ſi ſuſcepto priùs Confirmationis Sacramento, Ortodoxa fidei rudimenta teneant; legere ac ſcribere probè ſciant; ſpeſque proficiendi tùm in litteris, tùm in morum probitate in eiſdem effulgeat, De quibus denique probabilis coniectura ſit, eos, non ſæcularis iudicij fuggendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, id vita genus elegiſſe. Propterea, diligenter inſpectis legitimorum cuiuſque natalium pię inſtitutionis ac Clericalis indolis Parochi teſtimonio munitis litteris, quibuſdam interrogationibus experimentum de ordinandorum diſpoſitione ſumere licebit. Cùmque agent quodcumque rationale ad agendum moueatur aliquo fine; ideò à fine amplectendi vita clericalis ſtatum, non abs re duxi Directorium ordiri.*

1 *QVo conſilio à ſæculari ad Clericalem viuendi rationem te conuertere ſtatuiſti?*

Vt Deo fidelem cultum præſtem, hoc

vitæ genus eligere ſtatui.

2 *Num fortaſſis iudicij ſecularis vitandi, vel obtinendi honores, aut prouentus Eccleſiaſticos, finem ſpectaſti?*

Nullum vel turpem, vel lucroſum ſpectaui finem; ſed aſſumi in ſortem Domini peropto, vt toto tempore vitæ meæ mancipatus ſim Diuino cultui.

3 *Quid eſt tonſura?*

Tonſura eſt aſſumptio perſonæ in clericum, ſiue deputatio ad canẽdum in choro, ſeu in Eccleſia ad eiuſdem obſequium, ſine tamen vllius miniſterij poteſtate. Layman *lib.* 5 *tr.* 9 *c.* 3. *num.* 3. Tambur. *lib* 7. *de Sacr. ord. cap.* 1.

4 *In quo conſiſtit hæc tonſura?*

Materialiter conſiſtit in circulo quodam in vertice capitis, ſeu in amputatione capillorum ab Epiſcopo facta: formaliter in quadam benedictione ab eodem Epiſcopo facta, dicente in perſona tonſurati. *Dominus pars hereditatis meę.*

5 *Quid ſignificat illa amputatio capillorum?*

Significat rerum temporalium contemptum: quia temporalia, tamquam capilli vanitas, ſunt à Clericis contemnenda.

6 *Quis inſtituit hunc tondendi ſummo vertice morem?*

Apoſtolorum Princeps Petrus primus omnium hunc tondendi morem induxit. Bellarm. *de tonſura ſacrorum hominum.*

7 *Cur in ſummitate capitis formatur eiuſmodi tonſura?*

Ad oſtendendam mentis eminentiam il-

lius, qui decoratur tali ſigno.

8 *Quam ob cauſam in formam, & ſpecien Coronæ?*

Tribus de cauſis. Prima in memoriam Coronæ, quæ conteſta ex ſpinis, Saluatori noſtri capiti impoſita fuit.

Secunda, ad declarandã regiam dignitatem, qua præfulgentij, qui deputantur ad Dei cultum, cui ſeruire, regnare eſt.

Tertia, ad ſignificandam perfectionem vitæ à Clericis ſuſceptam: figura enim orbiculatis eſt omnium perfectiſſima.

9 *Qui ſic tondentur, quo nomine nuncupantur?*

Nuncupantur Clerici, quod nomen illis tunc primũ imponitur; ita vt tonſurati non ſint amplius in ſæculari ſtatu, ſed clericali.

10 *Vnde Clerici nomen deductum eſt?*

Deductum eſt à Græco nomine *κλῆρος* quod latinè ſortem ſignificat: propterea quòd, qui, tonſo capillo, Deo dicatur, Dominum, vt ſortem, & hæreditatem ſuam poſſidere incipiat. S. Hieronym. *Epiſtol.* 2 *ad Hepotianum*.

11 *Quis eſt capax Tonſuræ?*

Solus homo baptizatus, & confirmatus, cuius capacitas priùs innoteſcere debet Epiſcopo, explorato Parochi teſtimonio.

12 *Ad Tonſuram prærequiriturne neceſſariò character Confirmationis?*

Prærequiritur non de neceſſitate Tonſuræ, ſed de neceſſitate præcepti, ſecus qui ſcienter omitteret, mortaliter peccaret, & puniri poſſet. Quia violaret præceptum

Trid.

Trid. *ſeſſ.* 23 *c.* 4. in re non leui: nullam tamen incurreret cenſuram, teſte Nau *in Man. c.* 22 *n.* 9 Imò complures Doctores, quos citat, & ſequitur Bonac. *de Sacram. Conſi mat. diſp* 3. *q. vnic punct.* 4 *n* 8 excuſant à mortali, qui Tonſuram recipit ante Confirmationem.

13 *Quænam ætas neceſſaria eſt ad primam Tonſuram?*

Neceſſaria eſt ætas ſeptem annorum. Henriq. *de Sacram. Ord. cap.* 19. *nu.* 1.

14 *Qua ſcientia prœditus eſſe debet, qui prima Tonſura initiari cupit?*

Requiritur, vt promptè recitare ſciat orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, & præcepta Decalogi Inſuper rectè, & diſtinctè legere, & ſcribere non ignoret? Trid. *ſeſſ.* 23 *cap* 4.

15 *Quot ſunt petitiones orationis Dominicæ?*

Septem; nam illa verba, *Pater noſter, qui es in Cœlis,* non continent petitionem, ſed ſunt petitionem exordium.

16 *Quis hanc orationem inſtituit?*

Chriſtus Dominus, ideòque ab eius auctore vocatur oratio Dominica?

17 *Quid continet oratio Dominica?*

Continet ſpem, hoc eſt, quæ à Deo petere, & ſperare debemus.

18 *Quot ſunt articuli Chriſtianæ fidei?*

Articuli Chriſtianæ fidei ſunt duodecim, nec plures, nec pauciores.

19 *Quis inſtituit hos articulos?*

Ab Apoſtolis profectò ex afflatu ſpiritus Dei ſunt inſtituti. Ideòque ſunt duodecim

iuxta numerum duodecim Apoſtolorum.

(Sacramenta quot ſint, & à quo inſtituta, vide ſupra de ſacramentis in genere, *cap. 2. num. 1.*)

20 *Quanam animi diſpoſitione præditus eſſe debet, qui tonſura inſigniri cupit.*

Pietate & religione affectus ſit oportet; intentionem habeat ſeruiendi Deo, in coquè ſpes effulgeat proficiendi tùm in litteris, tùm in morum probitate, vt euadat dignus Dei miniſter Trid. *loc. cit.*

21 *Quis eſt habitus Clerici prima Tonſura inſignits?*

Veſtis talaris nigri coloris cum bireto in capite in modum Crucis efformato, & ſuperpelliceo albo, & mundo, quo ab Epiſcopo induitur.

22 *Cur induitur ſuperpelliceo albo?*

Ad ſignificandum caſtitatis candorem, ac munditiem, charitatiſquè virtutem, quibus ornatus eſſe debet, qui Tonſura condecoratur.

23 *Prima Tonſura imprimitne charactere?*

Non imprimit, quia Tonſura non eſt Ordo, ſed tantùm diſpoſitio ad Sacramentum Ordinis; ſicuti catechiſmus eſt diſpoſitio ad Baptiſmum. S. Th *in ſuppl. qu. 40. ar. 2.*

24 *Tonſura debetnè neceſſariò præcedere Ordines?*

Debet præcedere neceſſitate præcepti, non Sacramenti. Vnde qui reciperet Ordines, omiſſa Tonſura, validè eſſet ordinatus: nec amplius teneretur ad tonſuram Syluius *de Ord. Cler. qu. 5. art 17. num. 24.*

25. Ton-

25 *Tonſuratus, excommunicatione innodatus, ſi exerceat aliquod officium, incurritne irregularitatem?*

Nullam incurrit irregularitatem: quia Tonſura nullum habet ſibi adnexum officiũ Eccleſiaſticum, ſolemniter exercendum.

26 *Irregularis eſtne capax Tonſuræ?*

Nequaquam, quia irregularis ſicut eſt incapax Ordinum, ita etiam Tonſuræ, quæ eſt diſpoſitio ad Ordines. Suar. *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 1. *num.* 11.

27 *Tonſura initiati gaudentne aliquo priuilegio?*

Quatuor gaudent priuilegijs. Primò, quod ſubduntur ſoli Iudici Eccleſiaſtico. Bellarm. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28.

Secũdò, quòd eximuntur à ſolutione gabellarum, aliorumquè onerum, quæ ſubditis à ſæculari Magiſtratu imponuntur. Abb. *in c. non minus nu* 18. *de immun. Eccl.* Quod duplex priuilegium dicitur priuilegiũ fori.

Tertiò gaudent priuilegio Canonis, quod eſt diſtricta prohibitio percutiendi Clericum ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ. Sicuti conſtat *ex cap. ſi quis, ſuadente Diabolo, &c.*

Quartò, redduntur capaces Beneficiorum, & penſionum Eccleſiaſticarum.

28 *Sufficitne Tonſura, vt quis iſtis gaudeat priuilegijs?*

Sufficit; dummodo tonſuratus clericalem habitum, & tonſuram deferat; & inſuper alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum degat

Trident. *ſeſſion.* 23. *cap.* 6.

29 *Qui reciperet Tonſuram eo ſolo fine, vt clericalibus priuilegijs muniretur, quam culpam incurreret?*

Si reciperet Tonſuram eo ſolo fine, vt liberiùs delinquere poſſet, peccaret mortaliter ſecluſa ea praua intentione, venialem culpam non excederet.

30 *Quis poteſt conferre Tonſuram?*

Epiſcopus, & Abbates, gaudentes priuilegio Baculi, & Mytræ reſpectu ſuorũ ſubditorum Regularium tantùm. Vide infra de ordine Accolytatus *qu.* 5. *&* 6.

31 *Si quis in tantam ſacrilegam impietatem deueniat, vt percutiat Clericum, quam pęnam incurrit?*

Si percutiat, *ſuadente Diabolo*, hoc eſt, ſi tam internus lædendi prauus affictus, quã externo iniuſta læſio in corpore, vel in honore ad culpam mortalem pertingat, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam vt ſupra dictum eſt: dummodò percuſſio ſit enormis, vel grauis, & cum ſcandalo; ſi ſecus, Epiſcopo reſeruatur. Henriq. Suar. Sanchez quos citat, & ſequitur Laym. *l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 5 *num.* 5 *&* 10.

32 *Ad incurrendam hanc pęnam, requiriturne in Clerico alia conditio præter Tonſuram?*

Requiritur præter Tonſuram, quòd deferat clericalem habitum. Nam ſi illum dimiſiſſet, & ſæcularibus, ignominioſiſque negotijs ſe miſcuiſſet, terquè monitus ab Epiſcopo ſuo non reſipiſcat, reaſſumendo clericalem

calem habitum, & officium, priuatur priuilegio Canonis: Conſtat ex *c. vnic. de vita, & honeſtate Cleric. in 6.* & docet Suar. *de cenſ. diſp. 22. §. 1. num. 11.*

Quænam verò artes, & officia prohibeantur Clericis, & quodnam peccatum committant, ſi prohibita exerceant, vide infra *quæſit. 32. & 33. de Ordine Accolytatus.*

DE
OSTIARIATVS
ORDINE.

CAP. XII.

PRÆFATIO.

Oſtiariatus Ordo, quo Eccleſia purgatio ex prima ſeruitute peccati demonſtratur; dum per eum ab Eccleſia ambitu expelluntur indigni; primum locum inter minores Ordines tenet. Eo initiatus ianitor, & cuſtos Templi conſtituitur; cui tum in eo diſpoſita, tum claues Eccleſiæ fideliter cuſtodire, oſtium indignis claudere, recludere dignis, ex officio incumbit. Ad hunc Ordinem promouendus non ſatis arbitreretur, ſi charactere Confirmationis inſignitus, fidei rudimentis inſtructus, clericaliquè Tonſura decoratus ſit; ſed præterea ex Concil. Trident. *decreto ſeſſion. 2. capit. 11. ſaltem latinam*

nam linguam intelligat , neceſſe eſt , Et licet Trid. *ſub lat* . Niſi aliud Epiſcopo expedire magis videatur . *Hoc tamen non refertur ad ſcientiam , ſed ad diſpenſationem , ut rectè notat* Nau. *c ſi quando de reſcript. excep.* 13 *n.* 7. *Is autem latino ſermone inſtitutus iudicandus eſt, qui per omnes Grammaticę regulas dictata conficere themata non ignorat & aliquot liberalium artium lectiones audiuit . Quem igitur ſcientia ſpes , pietatis , ac religionis ſpeciem Oſtiariatus honore dignum probauerint , digniorem deinde ille ſe oſtendet ſi adaptata examini reſponſa probè didicerit.*

1 QVid ſibi vult hoc nomen *Oſtiarius?*

Oſtiarius ianitor, & cuſtos Templi dicitu quia claues cuſtodire, ianuaſque aperire, & claudere debet. Sed hodie non eſt in vſu.

2 *Quanam eſt materia Ordinis Oſtiariatus?*

Duplex eſt huius Ordinis materia, altera remota, altera proxima ; remota ſunt claues Eccleſiæ : proxima eſt traditio earumdem clauium.

3 *Quis tradit claues Ordinando?*

Epiſcopus primò tenens, offerenſquè claues Ordinando, ita dicit: *Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus , quę his clauibus recluduntur* . Archidiaconus deinde eas accipit , & tradit Ordinando , quibus aperit & claudit Eccleſiæ oſtium; mox pulſat tintinnabulum , quo ſignificatur poteſtas Oſtiario tradita conuocandi ad Eccleſiam populi.

4 *Claues Eccleſiæ ſuntne tangendæ ab Ordinando?*

Tractus phyſicus, hoc eſt, verus, & naturalis in omni ordine videtur turior; ſufficit tamen tactus moralis, ſcilicèt oſtenſio tangendi.

5 *Quænam eſt forma Ordinis Oſtiariatus?*

Sunt verba ab Epiſcopo prolata, videlicèt: *Sic age, quaſi rediturus, &c.*

6 *Quinam eſt effectus.*

Duplex eſt huius Ordinis effectus, ſcilicet gratiæ tùm habitualis augmentum, tùm actualis, ordinatæ ad finem ſacramenti: & Character, qui imprimitur in anima. Vide ſupra de Sacram. in gen. *qu.* 10. *de gratia* ex S. Thom.

7 *Quodnam eſt officium Oſtiarij.*

Triplex eſt officium Oſtiarij. Primum cuſtodire claues, aperire, & claudere ianuas Templi Secundum, arcere ab Eccleſia eos, quibus ingredi interdictum eſt. Tertium pulſare campanas ad populum ad Eccleſiam conuocandum.

8 Obiectio. *Multi laici exercent eiuſmodi officia: ergo non ſunt propria Oſtiarij?*

Exercent quidem has functiones & laici, ſed non ex officio Oſtiarij verò eas exercent ex proprio munere.

9 *Quinam arcendi ſunt ab Eccleſia per Oſtiarium?*

Arcendi ſunt Apoſtatæ, Heretici Excommunicati publicè denunciati, publici Clericorum percuſſores, interdicti, Infideles &

Cathecumini poſt dictum Euangelium. *arg. c. veniens de ſentent. excomm.* Suar. *diſp.* 12. §. 1. *n.* 12. *& in fin.*

10 *Quem gradum inter inferiores Ordines tenet Oſtiarius?*

Oſtiarius primum ſibi vindicat locum, ſicque traduntur Oſtiario claues in ſignum acceptæ quaſi poſſeſſionis, & ſeruitutis in Eccleſia exhibendæ.

11 *Quæ conditiones requiruntur in eo, qui ordinandus eſt Oſtiarius?*

Debet eſſe charactere Confirmationis inſignitis. Tonſura clericali decoratus, rudimentis fidei inſtitutus, lingua latina inſtructus, bono Parochi teſtimonio munitus, ſeptem ſaltem annos natus, alicuius domum Eccleſiæ ſeruitio adſcriptus Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 11

12 *Quo habitu accedere debet ad ſacram ordinationem Oſtiarius?*

Debet accedere ab Examinatoribus approbatus, veſte talari nigri coloris indutus, ad collum clauſa, cum bireto in modum Crucis efformato, & ſuperpelliceo albo, tonſuram patentem, candelamquè offerendam deferens

13 *Qua tandem animi diſpoſitione?*

Præter ſummam animi pietate, & religionem, peccatorum ſuorum confeſſionem debet præmittere. Deinde ad Sanctiſſimã Euchariſtiam recipiendam, ſumma, qua decet, puritate animæ ſe præparare: alioquin non fructum, ſed perniciem ſibi comparabit.

D E

DE LECTORATVS ORDINE.

CAP. XIV.

PRÆFATIO.

Secundum inter minores Ordines locum Lectoratus obtinet, quo ex Adami vitio ſeruitus ignorantię á Lectore, propter legendi facultatem, tollitur. Is, cúm libros tùm noui, tùm veteris teſtamenti in Eccleſia clara, & diſtincta voce legendi onus adiunctum habeat, literarum ſcientia debet eſſe inſtructus vt non ſolùm verba, ſed verborum ſenſum, quæ ſyllaba graui, quæ acuto, queue reflexo aut pronunciandé ſono; quid domum indicatiuè, quid interrogatiuè, quid admiratiuè ex proſodię legibus proferendum ſit probé cognitum, atque perſpectum habeat. Ne in verborum barberiem haud raró prolabens, vel tædium ingerat, vel non deuotionem ſed riſum auditoribus excitet. Hoc igitur examine probandus, obuia directionis priùs nauare operam non reprobet.

1 *Vnde deſumitur atimologia Lectoris?*

Deſumitur ab officio, hoc eſt, à legendo quòd legere debeat lectiones Prophetarum in

in Eccleſia Dei. Ita loquitur Pontificale.

2 *Qua ratione eas in Eccleſia legere debet Lector*.

Debet legere rectè, clarè, diſtinctè, & accuratè, vt ad deuotionem, & compunctionem auſcultantes excitet.

3 *Lectoratus eſtne Ordo?*

Eſt Ordo, ſecundum inter minores locum tenens.

4 *Quænam eſt materia Ordinis Lectoratus?*

Duplex eſt huius Ordinis materia, remota, & proxima; remota eſt liber ſacrarum lectionum; prima traditio eiuſdem libri.

5 *Requiriturne tactus ipſius libri?*

Requiritur tactus vel naturalis, vel ſaltem moralis: vt de tactu materiæ Oſtiariatus ſupra dictum eſt.

6 *Quænam eſt forma Ordinis Lectoratus?*

Sunt verba, quæ ab Epiſcopo proferuntur, cùm tradit librum Ordinando: ſcilicet: *Accipite, & eſtote verbi Dei relatores, &c.*

7 *Quinam eſt effectus Ordinis Lectoratus?*

Duplex eſt effectus huius Ordinis: alter eſt gratiæ tùm habitualis argumentum, tùm actualis, qua promptè, & rectè Ordinatus obeat munus ſuum. Alter eſt character, quo ſignatur, & inſignitur ſuſcipientis anima. Vide, quæ dixi de Sacram. in gen. *cap.* 4. *q.* 10. ex S. Thom.

8 *Quando imprimitur hic character?*

Imprimitur, ſtatim ac Epiſcopus protulit præſcriptam verborum formam.

9 *Quid præſtat Ordinato huiuſce Ordinis character?*

Præ-

Præſtat poteſtatem exercendi in Eccleſia munera propria illius Ordinis.

10 *Quæ ſunt munera Lectoris?*

Duo ſunt munera; alterum recitandi in Eccleſia libros noui, & veteris teſtamentis clara, & diſtincta voce. Alterum tradendi fidelibus, & Cathecumenis rudimenta Chriſtianæ religionis.

11 *Iam quoniam mentionem feciſti veteris, & noui teſtamenti, explica, quid ſit vetus, & quid nouum teſtamentum?*

Vetus teſtamentum propriè ſignificat fędus illud quod Deus pepigit cùm Abraham, de danda illi promiſſionis terra: communiter tamen ſumitur pro lege veteri, ſeu Moſayca.

Nouum teſtametum ſimiliter ſignificat fædus, quod Deus per Chriſtum nobiſcum pepigit, de danda nobis gratia, & vita æterna: communiter tamen ſumitur pro lege noua, ſiue Euangelica.

(Quot verò, & quoniam ſint libri tùm veteris tùm noui teſtamenti, qui à Lectore in Eccleſia debent recitari, vide infra de Ordine Lectoratus *qu.* 45.)

12 *In quo conſiſtunt rudimenta Chriſtianę religionis, quæ Lector ex proprio munere Fidelibus, & Cathecumenis tradere debet?*

Rudimenta Chriſtianæ religionis comprehendunt orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum præcepta Decalogi, & Eccleſiæ, ſeptemquè Eccleſiæ Sacramenta.

13 *Quid continet oratio Dominica?*

Con-

iuxta numerum duodecim Apoſtolorum.
(Sacramenta quot ſint & à quo inſtituta, vide ſupra de ſacramentis in genere, *cap.* 2. *num.* 1.)

20 *Quanam animi diſpoſitione præditus eſſe debet, qui tonſura inſigniri cupit.*

Pietate & religione affectus ſit oportet; intentionem habeat ſeruiendi Deo, in eoquè ſpes effulgeat proficiendi tùm in litteris, tùm in morum probitate, vt euadat dignus Dei miniſter Trid. *loc. cit.*

21 *Quis eſt habitus Clerici prima Tonſura inſigniti?*

Veſtis talaris nigri coloris cum bireto in capite in modum Crucis efformato, & ſuperpelliceo albo, & mundo, quo ab Epiſcopo induitur.

22 *Cur induitur ſuperpelliceo albo?*

Ad ſignificandum caſtitatis candorem, ac munditiem, charitatiſquè virtutem, quibus ornatus eſſe debet, qui Tonſura condecoratur.

23 *Prima Tonſura imprimit ne charactere?*

Non imprimit, quia Tonſura non eſt Ordo, ſed tantùm diſpoſitio ad Sacramentum Ordinis; ſicuti catechiſmus eſt diſpoſitio ad Baptiſmum. S. Th. *in ſuppl. qu.* 40. *ar.* 2.

24 *Tonſura debetnè neceſſariò præcedere Ordines?*

Debet præcedere neceſſitate præcepti, non Sacramenti. Vndè qui reciperet Ordines, omiſſa Tonſura, validè eſſet ordinatus: nec amplius teneretur ad tonſuram Syluius *de Ord. Cler. qu.* 5. *art* 17. *num.* 24.

25. *Ton-*

25 *Tonſuratus, excommunicatione innodatus, ſi exerceat aliquod officium, incurritne irregularitatem?*

Nullam incurrit irregularitatem: quia Tonſura nullum habet ſibi adnexum officiū Eccleſiaſticum, ſolemniter exercendum.

26 *Irregularis eſtne capax Tonſuræ?*

Nequaquam, quia irregularis ſicut eſt incapax Ordinum, ita etiam Tonſuræ, quæ eſt diſpoſitio ad Ordines. Suar. *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 1. *num.* 11.

27 *Tonſura initiati gaudentne aliquo priuilegio?*

Quatuor gaudent priuilegijs. Primò, quod ſubduntur ſoli Iudici Eccleſiaſtico. Bellarm. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28.

Secūdò, quòd eximuntur à ſolutione gabellarum, aliorumquè onerum, quæ ſubditis à ſæculari Magiſtratu imponuntur. Abb. *in c. non minus nu* 18. *de immun. Eccl.* Quod duplex priuilegium dicitur priuilegiū fori.

Tertiò gaudent priuilegio Canonis, quod eſt diſtricta prohibitio percutiendi Clericum ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ. Sicuti conſtat *ex cap. ſi quis, ſuadente Diabolo, &c.*

Quartò, redduntur capaces Beneficiorum, & penſionum Eccleſiaſticarum.

28 *Sufficitne Tonſura, vt quis iſtis gaudeat priuilegijs?*

Sufficit; dummodo tonſuratus clericalem habitum, & tonſuram deferat; & inſuper alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum degat

Trident. *ſeſſion.* 23. *cap.* 6.

29 *Qui reciperet Tonſuram eo ſolo fine, vt clericalibus priuilegijs muniretur, quam culpam incurreret?*

Si reciperet Tonſuram eo ſolo fine, vt liberiùs delinquere poſſet, peccaret mortaliter ſecluſa ea praua intentione, venialem culpam non excederet.

30 *Quis poteſt conferre Tonſuram?*

Epiſcopus, & Abbates, gaudentes priuilegio Baculi, & Mytræ reſpectu ſuorũ ſubditorum Regularium tantùm. Vide infra de ordine Accolytatus *qu.* 5. *&* 6.

31 *Si quis in tantam ſacrilegam impietatem deueniat, vt percutiat Clericum, quam pœnam incurrit?*

Si percutiat, *ſuadente Diabolo*, hoc eſt, ſi tam internus lædendi prauus affictus, quã externo iniuſta læſio in corpore, vel in honore ad culpam mortalem pertingat, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam vt ſupra dictum eſt: dummodò percuſſio ſit enormis, vel grauis, & cum ſcandalo; ſi ſecus, Epiſcopo reſeruatur. Henriq. Suar. Sanchez quos citat, & ſequitur Laym. *l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 5 *num.* 5 *&* 10.

32 *Ad incurrendam hanc pœnam, requiriturne in Clerico alia conditio præter Tonſuram?*

Requiritur præter Tonſuram, quòd deferat clericalem habitum. Nam ſi illum dimiſiſſet, & ſæcularibus, ignominioſiſque negotijs ſe miſcuiſſet, terquè monitus ab Epiſcopo ſuo non reſipiſcat, reaſſumendo clericalem

calem habitum, & officium, priuatur priui-legio Canonis: Conſtat ex *c. vnic. de vita, & honeſtate Cleric. in 6.* & docet Suar. *de cenſ. diſp* 22. §. 1. *num.* 11.

Quænam verò artes, & officia prohibeantur Clericis, & quodnam peccatum committant, ſi prohibita exerceant, vide infra *quæſit.* 32. *&* 33. *de Ordine Accolytatus*.

DE OSTIARIATVS ORDINE.

CAP. XII.

PRÆFATIO.

Ostiariatus Ordo, quo Eccleſia purgatio ex prima ſeruitute peccati demonſtratur; dum per eum ab Eccleſia ambitu expelluntur indigni; primum locum inter minores Ordines tenet. Eo initiatus ianitor, & cuſtos Templi conſtituitur; cui tum in eo diſpoſita, tum claues Eccleſiæ fideliter cuſtodire, oſtium indignis claudere, recludere dignis, ex officio incumbit. Ad hunc Ordinem promouendus non ſatis arbitreretur, ſi charactere Confirmationis inſignitus, fidei rudimentis inſtructus, clericaliquè Tonſura decoratus ſit; ſed præterea ex Concil. Trident. *decreto ſeſſion.* 2. *capit.* 11. *ſaltem lati-*

nam

nam linguam intelligat, neceſſe eſt, Et licèt Trid. *ſub lat.* Niſi aliud Epiſcopo expedire magis videatur. *Hoc tamen non refertur ad ſcientiam, ſed ad diſpenſationem, ut rectè notat* Nau. *c ſi quando de reſcript. excep.13 n.7. Is autem latino ſermone inſtitutus iudicandus eſt, qui per omnes Grammaticę regulas dictata conficere themata non ignorat & aliquot liberalium artium lectiones audiuit. Quem igitur ſcientia ſpes, pietatis, ac religionis ſpeciem Oſtiariatus honore dignum probauerint, digniorem deinde ille ſe oſtendet ſi adaptata examini reſponſa probè didicerit.*

1 Q*Vid ſibi vult hoc nomen Oſtiarius?*

Oſtiarius ianitor, & cuſtos Templi dicitu quia claues cuſtodire, ianuaſque aperire, & claudere debet. Sed hodie non eſt in vſu.

2 *Quænam eſt materia Ordinis Oſtiariatus?*

Duplex eſt huius Ordinis materia, altera remota, altera proxima: remota ſunt claues Eccleſiæ: proxima eſt traditio earumdem clauium.

3 *Quis tradit claues Ordinando?*

Epiſcopus primò tenens, offerenſquè claues Ordinando, ita dicit: *Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quę his clauibus recluduntur.* Archidiaconus deinde eas accipit, & tradit Ordinando, quibus aperit. & claudit Eccleſiæ oſtium; mox pulſat tintinnabulum, quo ſignificatur poteſtas Oſtiario tradita conuocandi ad Eccleſiam populi.

4 *Cla-*

4 *Claues Eccleſiæ ſuntne tangendæ ab Ordinando?*

Tractus phyſicus, hoc eſt, verus, & naturalis in omni ordine videtur turior; ſufficit tamen tactus moralis, ſcilicèt oſtenſio tangendi.

5 *Quænam eſt forma Ordinis Oſtiariatus?*

Sunt verba ab Epiſcopo prolata, videlicèt: *Sic age, quaſi rediturus, &c.*

6 *Quinam eſt effectus.*

Duplex eſt huius Ordinis effectus, ſcilicet gratiæ tùm habitualis augmentum, tùm actualis, ordinatæ ad finem ſacramenti: & Character, qui imprimitur in anima. Vide ſupra de Sacram. in gen. *qu.* 10. *de gratia* ex S. Thom.

7 *Quodnam eſt officium Oſtiarij.*

Triplex eſt officium Oſtiarij. Primum cuſtodire claues, aperire, & claudere ianuas Templi Secundum, arcere ab Eccleſia eos, quibus ingredi interdictum eſt. Tertium pulſare campanas ad populum ad Eccleſiam conuocandum.

8 Obiectio. *Multi laici exercent eiuſmodi officia; ergo non ſunt propria Oſtiarij?*

Exercent quidem has functiones & laici, ſed non ex officio Oſtiarij verò eas exercent ex proprio munere.

9 *Quinam arcendi ſunt ab Eccleſia per Oſtiarium?*

Arcendi ſunt Apoſtatæ, Heretici Excommunicati publicè denunciati, publici Clericorum percuſſores, interdicti, Infideles &

Ca-

Cathecumini poſt dictum Euangelium. *arg. c. veniens de ſentent. excomm.* Suar. *diſp.* 12. §. 1. *n.* 12. *& in fin.*

10 *Quem gradum inter inferiores Ordines tenet Oſtiarius?*

Oſtiarius primum ſibi vindicat locum, ſicque traduntur Oſtiario claues in ſignum acceptæ quaſi poſſeſſionis, & ſeruitutis in Eccleſia exhibendæ.

11 *Quæ conditiones requiruntur in eo, qui ordinandus eſt Oſtiarius?*

Debet eſſe charactere Confirmationis inſignitis. Tonſura clericali decoratus, rudimentis fidei inſtitutus, lingua latina inſtructus, bono Parochi teſtimonio munitus, ſeptem ſaltem annos natus, alicuius domum Eccleſiæ ſeruitio adſcriptus Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 11.

12 *Quo habitu accedere debet ad ſacram ordinationem Oſtiarius?*

Debet accedere ab Examinatoribus approbatus, veſte talari nigri coloris indutus, ad collum clauſa, cum bireto in modum Crucis efformato, & ſuperpelliceo albo, tonſuram patentem, candelamquè offerendam deferens

13 *Qua tandem animi diſpoſitione?*

Præter ſummam animi pietate, & religionem, peccatorum ſuorum confeſſionem debet præmittere. Deinde ad Sanctiſſimã Euchariſtiam recipiendam, ſumma, qua decet, puritate animæ ſe præparare: alioquin non fructum, ſed perniciem ſibi comparabit.

D E

DE LECTORATVS ORDINE.

CAP. XIV.

PRÆFATIO.

SEcundum inter minores Ordines locum Lectoratus obtinet, quo ex Adami vitio ſeruitus ignorantię á Lectore, propter legendi facultatem, tollitur. Is, cúm libros tùm noui, tùm veteris teſtamenti in Eccleſia clara, & diſtincta voce legendi onus adiunctum habeat, literarum ſcientia debet eſſe inſtructus vt non ſolùm verba, ſed verborum ſenſum, quæ ſyllabæ graui, quæ acuto, queue reflexo aut pronunciandé ſono; quid domum indicatiuè, quid interrogatiuè, quid admiratiuè ex proſodię legibus proferendum ſit probé cognitum, atque perſpectum habeat. Ne in verborum barberiem haud raro prolabens, vel tædium ingerat, vel non deuotionem ſed riſum auditoribus excitet. Hoc igitur examine probandus, obuiæ directionis priùs nauare operam non reprobet.

1 *VNde deſumitur atimologia Lectoris?*

Deſumitur ab officio, hoc eſt, à legendo quòd legere debeat lectiones Prophetarum in

in Eccleſia Dei. Ita loquitur Pontificale.

2 *Qua ratione eas in Eccleſia legere debet Lector.*

Debet legere rectè, clarè, diſtinctè, & accuratè, vt ad deuotionem, & compunctionem auſcultantes excitet.

3 *Lectoratus eſtne Ordo?*

Eſt Ordo, ſecundum inter minores locum tenens.

4 *Quęnam eſt materia Ordinis Lectoratus?*

Duplex eſt huius Ordinis materia, remota, & proxima; remota eſt liber ſacrarum lectionum; prima traditio eiuſdem libri.

5 *Requiriturne tactus ipſius libri?*

Requiritur tactus vel naturalis, vel ſaltem moralis: vt de tactu materiæ Oſtiariatus ſupra dictum eſt.

6 *Quænam eſt forma Ordinis Lectoratus?*

Sunt verba, quæ ab Epiſcopo proferuntur, cùm tradit librum Ordinando: ſcilicet: *Accipite, & eſtote verbi Dei relatores, &c.*

7 *Quinam eſt effectus Ordinis Lectoratus?*

Duplex eſt effectus huius Ordinis: alter eſt gratiæ tùm habitualis argumentum, tùm actualis, qua promptè, & rectè Ordinatus obeat munus ſuum. Alter eſt character, quo ſignatur, & inſignitur ſuſcipientis anima. Vide, quæ dixi de Sacram. in gen. *cap.* 4. *q.* 10. ex S. Thom.

8 *Quando imprimitur hic character?*

Imprimitur, ſtatim ac Epiſcopus protulit præſcriptam verborum formam.

9 *Quid præſtat Ordinato huiuſce Ordinis character?*

Præ-

Præſtat poteſtatem exercendi in Eccleſia munera propria illius Ordinis.

10 *Quæ ſunt munera Lectoris?*

Duo ſunt munera; alterum recitandi in Eccleſia libros noui, & veteris teſtamentis clara, & diſtincta voce. Alterum tradendi fidelibus, & Cathecumenis rudimenta Chriſtianæ religionis.

11 *Iam quoniam mentionem feciſti veteris, & noui teſtamenti, explica, quid ſit vetus, & quid nouum teſtamentum?*

Vetus teſtamentum propriè ſignificat fœdus illud quod Deus pepigit cùm Abraham, de danda illi promiſſionis terra: communiter tamen ſumitur pro lege veteri, ſeu Moſayca.

Nouum teſtametum ſimiliter ſignificat fædus, quod Deus per Chriſtum nobiſcum pepigit, de danda nobis gratia, & vita ęterna: communiter tamen ſumitur pro lege noua, ſiue Euangelica.

(Quot verò, & quoniam ſint libri tùm veteris tùm noui teſtamenti, qui à Lectore in Eccleſia debent recitari, vide infra de Ordine Lectoratus *qu.* 45.)

12 *In quo conſiſtunt rudimenta Chriſtianę religionis, quæ Lector ex proprio munere Fidelibus, & Cathecumenis tradere debet?*

Rudimenta Chriſtianæ religionis comprehendunt orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum præcepta Decalogi, & Eccleſiæ, ſeptemquè Eccleſiæ Sacramenta.

13 *Quid continet oratio Dominica?*

Con-

Continet Spem (virtutem theologicam) hoc eſt, ea omnia, quæ à Deo petere, & ſperare debemus.

14 *Quot ſunt petitiones orationis Dominicæ?*
Septem: appellanturquè Dominicæ à Domino Saluatore ipſarum Auctore.

15 *Quid continet Symbolum Apoſtolicum?*
Continet Fidem, ſeu articulos Chriſtianæ Fidei, quam profiteri debent Chriſti Fideles.

16 *Quot ſunt articuli Chriſtianæ Fidei?*
Sunt duodecim iuxta numerum duodecim Apoſtolorum, à quibus ex afflatu Spiritus Sancti furunt inſtituti.

17 *Quid ſignificat hoc nomen Decalogus?*
Significat doctrinam, ſeu ſermonem de decem Dei præceptis: qui Decalogus in veteri lege Moyſi fuit datus; in noua verò lege à Chriſto perfectius confirmatus.

18 *Quid continent hæc decem Dei præcepta?*
Continet ea omnia, quæ homo ex Dei iuſſu facere, quæuè debet omittere, ſi velit Dei offenſam effugere, æternamquè ſaltem obtinere.

Sacramenta quot ſunt & à quo inſtituta, quinam illorum effectus, & neceſſitas, vide ſupra de Sacramentis in genere.

19 *Qua diſpoſitione animi, corporiſquè habitu accedere debet in Lectoratus ordinem cooptandus?*
Eadem prorſus diſpoſitione, eodemquè habitu, & præparatione, ſicut Oſtiarius Vide *qu.* 13. præcedentis Ordinis.

DE EXORCISTATVS ORDINE.

CAP. XV.

PRÆFATIO.

TErtium inter inferiores gradum congruenter ſibi vendicat Exorciſta : qui genus humanum ex Protoplaſti culpa Dæmonis captiuitati ſub actum , per ſacram adiurationem oſtendit duriſſime iugo ſolutum . Et quamuis in hunc ordinem aſſumpto confeſtim Dęmones abiurare (quod propriè Exorciſtæ nomen deſignat , ac expellere non liceat propterea quòd receptę poteſtatis non niſi ex Superioris conceſſione plenum ſibi miniſterium relaxetur . Nihilominus ſi , communicaturis Energumenis , vel venerationi , vel perceptioni Sanctiſſimæ Euchariſtiæ videatur nefarius obſiſtere ſpiritus , eius interdum increpare audaciam , retundere ſuperbiam , ac ſiſtere conatum humili deprecatione ad Deum pręmunitus , nequaquam Exorciſta prohibetur . Et idem dicitur vt inceſſos à ſtyggio hoſpite reddat aptos ad intereſſendũ Sacrificio Miſſæ . Itaque in hunc ordinem coeptandum, vt rectè , & fructuosé ſe gerat in ſuo munere , & latino ſermone cultum, & probitas vitæ culto-

rem

verum eſſe oportet. Quibus ſufficienter probatis, pro concuſſione examinis, ſatis ſolidabitur, ſi digeſtis quæſitis appoſita hìc reſponſa animo menteque imbiberit.

1 *Quid ſibi vult hoc nomen Exorciſta?*

Exorciſta deſumit ſuum nomen ab officio, hoc eſt, ab exorciſmo, & adiuratione Dœmonis. Vnde Exorciſta idem eſt, atque increpans, abiurans, & expellens Dœmones.

2 *Exorciſtatus eſtne Ordo?*

Eſt Ordo, tertium locum obtinens inter inferiores Ordines, quo initiatus recipit poteſtatem exorcizandi Cacodœmonem, nè impediat Energumenum à veneratione, vel ſuſceptione S. Euchariſtiæ, vel ab intereſſendo ſacrificio Miſſæ.

3 *Quanam eſt materia Ordinis Exorciſtatus?*

Duplex conſtituitur materia huius Ordinis, remota, & eſt liber Exorciſmorum, & proxima, eſtquè traditio eiuſdem libri, tangendi ab eo, qui ordinatur Exorciſta, tactu naturali, vel morali.

4 *Quanam eſt forma Ordinis Exorciſtatus?*

Sunt verba ab Epiſcopo prolata, dum porrigit librum, tangendum Ordinando: ſcilicet *Accipe, & commoda memoriæ, & habe poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenos, ſiue baptizatos, ſiue Cathecumenos.*

5 *Qui ſunt Energumeni, & Cathecumeni?*

Energumeni ſunt, qui à Dœmone obſiden-

lentur, ac vexantur. Cathecumeni verò, qui nondum baptizati, in fide, ac religione Chriſtiana erudiuntur, vt poſtea baptizentur.

6 *Quinam eſt effectus Ordinis Exorciſtatus?*

Duplex eſt huius Ordinis effectus, videlicèt Character, & gratia.

7 *Quodnam eſt officium Exorciſtę?*

Duplex munus incumbit Exorciſtę; alterum imponendi manus ſuper Energumenos, & abiurandi ſpiritus immundos ad effectum, ne impediant obſeſſum ab vſu, vel cultu ſanctæ Euchariſtiæ: alterum monendi eos, qui communicarunt, vt cedant locum communicaturis; ſed hodie hoc non eſt in vſu.

8 *Exorciſta ſtatim ac ordinatus eſt, valetne imponere manus ſuper obſeſſos, & Dæmones abiurare?*

Non poteſt: quia præter poteſtatem Ordinis, requiritur poteſtas iuriſdictionis, hoc eſt, facultas Superiorum vtendi poteſtate Ordinis. Olim tamen Exorciſtæ Dæmones abigebant abſque alia facultate.

(Qua verò diſpoſitione accedere debet in hunc ordinem aſſumendus, vide *queſt*. 13. *Oſtiariatus*.)

DE

DE ACCOLYTATVS ORDINE.

CAP. XVI.

PRÆFATIO.

QVinto, & vltimo inter minores Ordines ſignaculo, ex veteri inſtituto Eccleſiæ inſignitur Accolytus quo propter Adæ præuaricationem, à poteſtate tenebrarum, & captiuitate Inferni, qui teterrimus, & obſcuriſſimus carcer eſt, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, nos erutos, ac in admirabile lumen translatos indicat apertè Accolytus, ob poteſtatem ſibi tributam accedendi, ferendiquè lumina, quibus tenebræ depelluntur. Hic Ordo, cùm maiorem exigat in ſuſcipiente ætatem, maiorem quoque requirit ſtudij ſedulitatem, clericaliſquè vitæ ſpecimen; vt non tám manibus, quam moribus, & virtutibus, lumen in Eccleſia deferre, ac intuentibus præſeferre debeat. Itaque vt Accolytus dignè, ac laudabiliter ad altiores ordines aditus pateat, & in literarum ſtudio ſedulum, & in ſuo munere ſolertem, ac demum in Dei laude defixum ſe præbeat, opus eſt. Quibus ſic ſe habentibus nonnihil in examinè iuuabitur, ſic digeſta hic quæſita, ac reſponſiones appoſitæ probè didicerit, memoriæque mandauerit.

1 Quid

1 *QVid ſignificat nomen Accolytus?*

Accolytus, græcè, latinè pediſſequus; quia Diacono, & Subdiacono inſeruit ſignificat Clericum, cui non prohibetur, ſed conceditur ſolemniter intereſſe ſacro, & deferre candelabrum cum cereo accenſo.

2 *Accolytatus eſtne Ordo?*

Eſt Ordo, in quo traditur ſpiritualis poteſtas ferendi candelabrum, accenſum, accendendi lumina, prandiquè vrceolos cum vino & aqua ad ſanctum Miſſæ ſacrificium.

3 *Quanam eſt materia Ordinis Accolytatus?*

Materia huius Ordinis pariter duplex eſt, remota, & ſunt vrceoli vacui, & cãdelabrũ cũ cereo extincto, & proxima, eſtquè traditio ipſorũ vrceolorum: & candelabri; ſatis tamen eſt, ſi vrceolus vnus tangatur ab Accolyto Bonac. *de ſacram. ord q. vnic. pu. 3. n. 6.*

4 *Cur traduntur vrceoli vacui, & cereus extinctus?*

Vt innoteſcat Accolyto munus ſuum eſſe præparare in orceolis vinum, & aquam, ſicut etiam accendere cereos, ſiue intorticia in ſacris peragendis.

5 *Quis eſt Miniſter Accolytatus, & ceterorum minorum Ordinum?*

Solus Epiſcopus, & Abbates Inſulati, reſpectu ſuorum ſubditorum regularium tantum. Layman, & Diana *par. 7. tract. 11. reſolut. 42.*

6 *An autem Abbates Inſulati poſſint conferre minores Ordines laicis ſibi non ſubditis, ſcilicet Epiſcopi licentia exiſtat?*

D Re-

Reſponſio eſt negatiua, Abbates ſcilicèt cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, aut inſtituti, habentes etiam iura Epiſcopalia vel quaſi Epiſcopalia, vſumque Mitræ, & baculi nō poſſe primam tonſuram nec alios Ordines minores conferre, niſi ſuis ſubditis Regularibus, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel inſtituti, etiamſi habeant litteras dimiſſorias ſuorū Superiorum, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum Diœceſium fines Regulares ordinandi exiſtunt Et multò minùs clericis ſecularibus, etiam habētibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinarijs Ita declaraſſe Sacr. Cardinalium Congregationem *die* 23. *Nouemb.* 1641. & approbaſſe Vrbanum VIII. die 17. Ianuarij 1642. teſtatur Diana *c, reſ* 42

7 *Quenam eſt forma Ordinis Arcolytatus?*

Sunt verba ab Epiſcopo prolata cùm tradit materiam ei, qui ordinatur.

8 *Quinam eſt effectus?*

Effectus huius Ordinis itidem duplex eſt, ſcilicet gratia tum habitualis, augmentatiua gratiæ ſanctificantis tum actualis, qua iuuetur initiatus vt rectè fungatur ſuo munere. Alter effectus eſt Character

9 *Quando imprimitur character huius Ordinis?*

Aliqui docent imprimi in traditione candelabri; alij in traditione vrceolorum, quod eſt probabilius Quia tunc traditur poteſtas in ordine ad Corpus Chriſti verum, hoc eſt, ad conſecrandum vinum in ſacrificio Miſſæ.

10 *Quæ ſunt munera Ordinis Accolytatus?*

Triplex eſt munus, quod incumbit Accolyto. Primò parare materiam neceſſariam ad Sanctam Eucharistiam in vaſis non ſacris. Secundò aſſecla i Subdiaconos, & Diaconos in altaris miniſterio. Tertiò deferre, & aſſeruare lumina, cùm Miſſæ ſacrificium celebratur, maximè verò dum cantatur Euangelium.

11 *Poteſtne Accolytus benedicere domos, cantare Litanias, eleuata cruce, proceſſiones aſſociari morientium animas Deo commendare, paſſionē Domini in hebdomada ſancta canere?*

Non poteſt iſta facere ſolemniter: preces tamen pro agonizantibus effundere, item hiſtoriam paſſionis Domini & Epiſtolam in Miſſa ſolemni ſine manipulo, imò & Euangelium ſine ſtola, omiſſo, *Dominus Vobiſcum*, leggere ſeu canere non prohibetur: quia talis lectio ſolùm cum ſtola, & manipulo functio propria Subdiaconi, & Diaconi cenſenda eſt.

12 *Circa vaſa ſacra, eſtne integrum Accolyto ea tangere citra culpam?*

Accolytus, imò & ceteri quocumque ordine, quamuis minori, inſigniti, poſſunt tangere vaſa ſacra, in quibus non eſt ſanctiſſima Euchariſtia. Gaſpar. Hurtа *de ord difficultat.* 14. Leand. *in opuſc. de Sacrif. Miſſa lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *nu* 9. Thom. Tambur *de ord l.* 7. *cap.* 2 §. 5. *num* 4.

13 *Accolytus, affectus lethali culpa exercens in Eccleſia proprij ordinis miniſterium, committit nouum mortale peccatum?*

Accolytus,vel alius Clericus in minoribus fungens in Eccleſia ſuo munere cum conſcientia peccati mortalis , non delinquit mortaliter.. Tum quia eius miniſtratio non eſt meritorum Chriſti diſpēſatio Tum quia valdè remote miniſtrat in ſolemni Sacrificio Miſſæ , & Sacramentorum adminiſtratione.Suar. *to.3.diſp.16·ſect* 2.Fran.Lugo *l.1. de ſacram.c.2 q.6.n* 48 Sotus *in* 4.*d.*14. *q.*1·*a.* 4. vbi etiam à veniali excuſat ſic miniſtrantem . Sed Suar. & Lugo irreuerentiam ſaltem venialem agnoſcunt, ob naturale præceptum res ſacras ſanctè tractandi.

14 *Quid ſi Clericus cum conſcientia peccati mortalis minores ordines ſuſcipiat?*

Qui ſuſtinent Ordines minores non eſſe Sacramenta,ſed Sacramentalia,conſequenter à mortali culpa eximunt Clericum,eoſdem ordines in mortali ſuſcipientē . Laym. *l* 5 *tr.*9. *c.*4. Sed tenendum eſt, Clericum ſic ſuſcipientem mortaliter delinquere . Quia omnibus Ordinibus ineſt ratio communis Sacramenti , omneſquè vnum Sacramentū conſtituunt. Ideòque ſuſcipiens Ordines etiam minores tenetur ſe per confeſſionem, vel ſaltem contritionem ad gratiam diſponere:aliter Sacramentum indignè recipiet, & conſequenter mortaliter peccabit.S Th. *in addit. qu* 22. *art.*1. *&* *in* 4. *diſt.*24. *art.* 2. Sanchez *l* 7. *conſil.c.* 1. *dub.*7. ConincK. *diſp.* 20.*n.*47 Bellarm. *de ſacram. ord* ·*c.*5.Bonac. *diſp.*8· *qu.*1· *punct.*2.

15 *Ordinatus in minoribus, ſi excommunicatione maiore innodatus , exerceat in Eccleſia*

cleſia cum ſuperpelliceo actum ſui ordinis, incurritne irregularitatem?

Aliqui, vt Nauar. *conſil.* 29. *de ſent. excommun. num.* 10. tenent, quòd incurreret. Oppoſitum defendit Auila *par.* 7. *diſp.* 9. *ſectione* 2. *dub.* 3. quia iam vſu receptum eſt, vt actus minorum Ordinum exerceantur etiã à laicis cum ſolemnitate. Vide Suar. *diſp.* 12. *ſect.* 2. *de cenſur.*

16 *Initiati minoribus Ordinibus obligantur ne ad quotidianam recitationem alicuius vel Officij, vel Pſalmi, vel Orationis?*

Valdè conueniens, eſt, vt Clerici in minoribus quotidiè recitent vel officium B. V. vel Graduales, vel Pœnitentiales, vt Eccleſiaſtica confirmetur Angelicæ Hierarchiæ, quæ tota non ceſſat iugiter laudare Deum: propriè tamen non obligantur ad huiuſmodi recitationem ratione ipſorum Ordinum: quia nullum extatius, quod id præcipiat.

17 *Poſſuntne recipi eodem die omnes quatuor minores?*

Poſſunt recipi eodem die, ſi Epiſcopo id videbitur expedire. Trid. *ſeſſ* 23. *cap.* 11.

18 *Quanam ætas prærequiritur in eo, qui ordinandus eſt Accolytus?*

Prærequiritur ætas duodecim annorum completorum, *cap in ſingulis diſt.* 77.

19 *Qui ante hanc ętatem ſuſciperet Accolytatum, cenſereturne ſuſpenſus?*

Cenſendum non eſſe ſuſpenſum, ſuſtinet Zerola *V. Ordo p.* 2. *dub.* 3. cui aſtipulatur Cuccus *inſt. maior. l.* 4. *tit.* 12. *nu.* 11.

20 Quomodo accedere debet in Accolytorum ordinem cooptandus?

Debet accedere ita corpore, animoquè affectus, ſicut de Oſtiario dictum eſt. Vide *quæſt. 13. de Ord. Oſtiar.*

21 Si Accolytus, aliique Clerici in minoribus conſtituti clericalem Tonſuram, & habitum negligat, quàm culpam committunt?

Grauis culpæ ſunt damnandi, præſertim ſi Beneficium vel penſionem habeant Quia clericalis Tonſuræ,& habitus neglectus grauiter repugnat honeſtati,bonoque exemplo Clericorum, cuius gratia talis habitus lege Eccleſiaſtica præcipitur. Layman *lib 5.tr.9. cap.12.nu.2.* Palaus *de ordin. diſp. vnic. punct. 18. n.3.* Amittunt præterea priuilegium fori; ſicuti conſtat ex Trid. *ſeſſ 23. cap. 9*

22 Quænam artes, officia, & actiones prohibentur Accolytis aliiſque Clericis, in minoribus conſtitutis?

Accolyti, ceteriquè Clerici, minoribus, vel etiam prima tonſura dumtaxat inſigniti, nequeunt primò Macellariorum, Tabernariorum; item Medicorum, aut Chirurgorum artes exercere.

Secundò iiſdem vetatur officium Iudicis in cauſa ſanguinis, Aduocatorum,& Notariorum, præterquam in cauſis Eccleſiaſticis, aut miſerabilium perſonarum, *c. 1 & vltimo de poſtulando.*

Tertiò prohibentur deferre arma, ad tabernas diuertere,præterquã itineris cauſa, choreas ducere,clamoroſæ venationi vacare,aleis ludere, comam nutrire, negotiationem

nem exercere lucri gratia, mulieri cohabitare cum periculo aut ſcandalo: *cap. 2. de cohabit Cleric. & mulier* ?

23 *Horum officiorum, vel actionum prohibitio, & tranſgreſſio quodnam peccatum inducit* ?

Controuerſia eſt hæc quæſtio. Nam Caiet. *V. Cleric. peccata*, Sylues *V. Clericus* ſentiunt tranſgreſſiones huiuſmodi, ſecluſo ſcandalo & contemptu, culpam venialem non excedere. Sed pertingere ad mortalem, ob præceptum ſacrorum canonum (niſi paruitas materiæ excuſet) ſuſtinent Angel. & Nau. *in Man. c. 25. nu.* 110. præſertim ſi id etiam vetent propriorum Epiſcoporum edicta. Quod ſignanter notare debent Clerici, potiſſimum qui ſunt in ſacris conſtituti, vel habent Beneficium.

Quot verò quibuſuè priuilegijs gaudeant Clerici; & quando ijſdem priuentur, vide ſupra de Tonſura *quæſit.* 27 & 33.

Qua ratione itidem Accolyti priuatis Miſſis debeant inſeruire, cùm officium huiuſmodi ex decreto Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 17. ad ipſos ſpectet, & quot errores tùm ab ipſis, tùm ab alijs Miſſæ miniſtrantibus committantur; quos corrigere debeant, vide infra Epitomen ſacrorum Rituum *cap.* 14.

DE SVBDIACONATVS ORDINE.

CAP. XVII.

PRÆFATIO.

A Veſtibulo minorum Ordinum ad Sacrarium maiorum aditum aperit Subdiaconorum gradus, quo rebellio carnis ex iactura originalis iuſtitiæ coercetur vinculo caſtitatis. Hic Ordo in Eccleſia & ſacer, & in honore habitus eſt; quippè qui homini, per continentiæ obſequium Numini addicto, redire ad ſæcularem ſtatum perpetuò interdicit: eoquè inſignitū in Sacrorum cœtum, hoc eſt, in præſtantiſſimam totius Chriſtianæ Reip. partem cooptantur. Huiuſmodi ſacro charactere non quiſque in minoribus conſtitutus inſigniri debet, ſed quem in primis ætatis legitimæ conditio, patrimonij conſtituti ratio, humanorum, ſtudiorum ſedulitas, maioris ſcientiæ ſpes, commendatum minorum miniſterium, vita in iiſdem minoribus religioſè tranſacta, bonum denique Parochi, ac ludi Magiſtri teſtimonium, tali ſignaculo dignum probauerint. Ita ut deinceps non ſolùm ſedulum Eccleſiæ obſequium, ſed præclara etiam tùm pietatis, & caſtitatis, tùm bonorum operum exempla ab eo poſſint expectari. Siquidem Clerici ſunt ad quorum normam ceteri mores formant ſuos. Ceterùm cum

grauiora, quàm antea Clerico imponantur onera, maioraque ipſi incumbant obeunda miniſteria, ſeueriori quoque nouerit de onerum, munerum ratione probandum eſſe cenſura. Qua in re Examinatorum oneratur conſcientia; ita vt ſi Clericum, requiſita prorſus ſcientia carentem, ad ſuſcipiendum hunc ordinem admittant, grauem culpam non effugiant: eò quòd Tridentini præceptum in re graui negligant teſte, Tolet. *de ord. n.* 28. *&* Henriq. *l.* 1. *cap.* 16 *L. X. Ne igitur imparatus in litterarij examinis Palæſtram deſcendat, hæc pauca, ſedulo ſtudio perdiſcenda, paraui ſubſidia.*

1 *QVot ſunt Ordines maiores, qui, & ſacri dicuntur?*

Hi planè ſunt tres, tribuſquè gradibus diſtinguuntur, videlicèt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.

2 *Quid ſignificat propriè hoc nomen Subdiaconus?*

Significat ſubminiſtrum, vel ſubſeruientem Diacono, quia Subdiaconus eſt inferior, & inſeruit Diacono: in ſolemni Altari miniſterio.

3 *Cur Subdiaconatus nuncupatur maior, & ſacer?*

Nuncupatur maior, tum quia maiori gradu approximatur Sacerdotio, tùm etiam quia initiatus tali Ordine maiori fungitur officio in ſolemni Altaris miniſterio. Dicitur verò ſacer eò quòd huiuſmodi charactere, inſignitus per votum continentiæ Deo ſacratur.

4 *Quid eſt Ordo Subdiaconatus?*

Eſt ſignaculum, ſeu ſpiritualis poteſtas præparandi, & deferendi calicem cùm patena, item legendi Epiſtolam inſeruiendiquè Diacono in ſolemni Miſſæ ſacrificio.

5 *Quenam eſt materia Ordinis Subdiaconatus?*

Materia huius Ordinis duplex eſt, remota, & proxima; remota eſt Calix cùm patena & liber Epiſtolarum; proxima traditio eiuſdem Calicis, & libri.

6 *Calix, & patena, quæ traduntur debetne eſſe conſecrata?*

Praxis, & vſus Eccleſiæ requirit, vt ſint conſecrata non ex neceſſitate Sacramenti, hoc eſt, Ordinis, qui ſuſcipitur, ſed præcepti Bonac *de ſacram. diſp 8 q. vnic pun 3. n. 5.*

7 *Debetne Ordinandus tangere vtramque materiam?*

Debet tangere vel tactu phyſico, vel morali: vt ſcilicèt admoueat manum Calici, & libro, quamuis neutrum realiter tangat. Layman. *l 5. t. 9 c. 5 n. 3.* Securior tamen eſt tactus phyſicus, & in praxi ſeruandus.

8 *Quenam eſt forma Ordinis Subdiaconatus?*

Sunt verba, quæ ab Epiſcopo pronunciantur in traditione materiæ. *Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur?*

9 *Quis eſt effectus huius Ordinis?*

Huius Ordinis effectus duplex eſt, ſcilicèt gratiarum habitualis; ſanctificans, vel magis ſanctificans; tum actualis ad finem ſacramenti ordinata: alter effectus eſt character.

Laym.

Laym. *l* 5 *t*. 1. *c*. 6. *n*. 3. *ex* S.Th 3 *p q* 62. *ar*. 1.

10 *Quando imprimitur Character in porrectione libri Epiſtolarum, an in traditione Calicis cùm patena?*

Imprimitur in traditione Calicis cùm patena quia hæc eſt dignior materia, & proprius ſpectat ad Sacramentum Euchariſtiæ conficiendum. Henriq. *l.* 10. *cap* 13 *qu*. 4.

11 *Quis eſt Miniſter Ordinis Subdiaconatus?*

Solus Epiſcopus, qui ſit Sacerdos & conſecratus, eſt ordinarius Miniſter Ordinis Subdiaconatus, reſpectu ſuorum ſubditorum, & etiam aliorum ſi litteris dimiſſorialibus ſuorum Epiſcoporum ſint muniti. Trid. *ſeſſ* 23 *cap.* 9

12 *Quis habendus, eſt proprius Epiſcopus, qui poſſit ſubditos ordinare, vel dimiſſorias illis concedere?*

Epiſcopus triplex, vel originis, vel domicilij, vel Beneficij. *Originis*, ideſt, Diœceſis, in qua tempore natiuitatis parentes Ordinandi domicilium habebãt *Domicilij*, ſcilicèt Diœceſis, in qua Ordinandus ſedem fixit animo ibi perpetuò monendi. *Beneficij* videlicet Diœceſis, in qua Ordinandus habet Eccleſiaſticum beneficium ſibi collatum, & poſſeſſum, *Cap. cùm nullus de tempor. ordin* Barb *de poteſt. Epiſ.* 2 *p. alleg.* 3. *n.* 51.

13 *Quid, ſi ordinare ſubditum, vel dimiſſoriam ei concedere irrationabiliter neget Epiſcopus?*

Recurrere poteſt Ordinandus ad Eminentiſſimum Sacræ Congregationis Præfectũ

ab eoquè iuſta exiſtente,& expoſita cauſa, dimiſſorias obtinere. Ita tradit Barboſa, *loc. cit.* & praxis confirmat.

14 *Vacante Sede, quis concedit dimiſſorias?*

Sede vacante, Capitulum poſt annum à die vacationis concedere poteſt dimiſſorias, arctatis autem ratione Beneficij recepti, vel recipiendi etiam infra annum. Barboſa *ſuper* Trident. *ſeſſ.* 23.

15 *Quodnam eſt officium Subdiaconi?*

Officium Subdiaconi triplex eſt. Primò ad Subdiaconum attinet inſeruire Diacono in Altaris miniſterio, calicem, & patenam deferendo Secundò Epiſcopo,& Sacerdoti, cùm manus in ſacrificio Miſſæ lauant aquam porrigere, curareque, ne ſolemniter ſacra facientes,à quippiam perturbentur. Tertiò epiſtolam in Miſſa ſolemni legere, Crucemque in proceſſionibus deferre.

(Circa verò ritus, qui à Subdiacono, in exercendo proprio munere, ſunt ſeruandi, vide infra Epitomen Sacr. Rituum *cap.* 3.)

16 *Quid prærequiritur in eo, qui ordinandus eſt Subdiaconus?*

Sex potiſſimùm prærequiruntur.

Primò Character quatuor minorum Ordinum Secundò ætas viginti duorum annorum incœptorum Tertiò titulus,ſeu patrimonium ſufficiens ad ſuſtentationē. Quartò vita in minoribus religioſè tranſacta, & Epiſcopo cognita.Quintò ſciētia ſufficiens ad obeunda propria munera Sextò, quòd ſeruentur interſtitia, iure ſtatuta.

17 *Si quis aſſumeret Subdiaconatum omiſ-*

ſis

ſis minoribus , quàm pœnam incurreret ?

Iſte reciperet characterem,& eſſet verè ordinatus,ſed per ſaltum (vt iura loquuntur) ideòq; remaneret ipſo facto ſuſpenſus ab executione Ordinis ſuſcepti , donec ordines prætermiſſos ſuſciperet , accedente Epiſcopi diſpenſatione Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 14. Vide Nau. *man cap.* 25. *nu* 71. *c.* 27. *num.* 42.

18 *Idemne dicendum , ſi quis ante præſcriptam ætatem aſſumeret ſacrum Ordinem ?*

Si mala fide ordinaretur ante ætatam viginti duorum annorum incœptorum,remaneret eodem modo ſuſpenſus,ita declaraſſe Pium V & confirmaſse Clementem VIII. refert Suar. *de cenſ. d.* 31. *ſect.* 1. *nu.* 25. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 182.

19 *Actum Ordinis ſuſcepti ante legitimam ætatem Subdiaconus exercet poſt adeptam ætatem , incurritnè aliquam pœnam ?*

Si mala fide ante legitimam ætatem ſuſcepit ſacrum Ordinem;ideòque remanſerit ſuſpenſus, exercendo deinde actum Ordinis , etiam poſt adeptam ætatem fit irregularis : quia contracta ſuſpenſio non tollitur per adeptam legitimam ætatem : ſi verò bona fide,nullam incurrit pœnam . Auila . 3 *p diſp.* 5 *dub.* 7. *not.* 9. §. *de ſecund.*

20 *Cui reſeruatur abſolutio ab huiuſmodi ſuſpenſione ?*

Reſeruatur Epiſcopo iure nouo Trident. *ſeſs* 24. *cap.* 6. Qua de re Auila *diſp.* 6. *dub.* 1. *concl.* 7.

21 *Quid de irregularitate , ſi qua contraheretur ex ſupra recenſio delicto ?*

Quæ-

Quæuis irregularitas tollitur per diſpenſationem,non per abſolutionem: propterea ſi delictum eſſet occultum, Epiſcopus ex priuilegio Trid *loc cit.* poſſet in ea diſpenſare: ſi verò deductum ad forum contentioſum,recurrendum eſſet ad Summum Pontificem pro diſpenſatione Auila *diſp.*10.*dub.* 6. ex communi.

22 *Quanta intelligentia præditus eſſe debet, qui ordinandus eſt Subdiaconus?*

Prærequiritur tanta intelligentia,vt probè ſciat tùm ea, quæ ſpectant ad canonicū officium, ad cuius recitationem mox tenetur ſub culpa mortali: tùm etiam, quæ ſibi incumbunt ,munera. Præterea cognoſcere debet, quot ſint cenſuræ, quotuè irregularitates, quæ licitam Ordinum ſuſceptionem, eorumdemquè vſum impediunt. Qua de re infrà *cap.* 21.

De Titulo Paupertatis, Beneficij, vel Patrimonij ad Sacros Ordines requiſito.

C A P. XVIII.

23 *Ad Subdiaconatus, Ordinem poteſt ne quis promoueri ſine titulo?*

IN Subdiaconum nemo poteſt ordinari,ſine titulo vel paupertatis,ad quē initiantur

tur Religioſi profeſſi; vel beneficij perpetui annuos fructus habentes; vel patrimonij pacificè poſſeſſi. Trid. *ſeſſ. 21. c. 1. de refor.*

24 *Clericus, inſeruiens alicui Eccleſiæ, ex ſtipendio Miſſarum, & officiorum, alijſque eleemoſinis poteſt decenter viuere: valetne ad titulum talis ſeruitij Eccleſiæ ſacris initiari?*

Etſi nonnulli, vt Piaſes. *p. 1. c. 1 n. 44* Quaranta *V. ordo § Accepi*. Zerula *V. dimiſſor. dub.* 1. affirmare videātur, nixi tùm verbis Trid. *ſeſſ 23. cap 16* mandantis, vt nullus ordinetur, qui alicui Eccleſiæ non ſit adſcriptus. Tum etiam vſu Patriarchæ Venetiarum, qui ordinat Clericos eiuſdem vrbis ad titulum ſeruitij alicuius Eccleſiæ.

Nihilominus contrariū eſt ſuſtinendum. Quia cùm talis adſcriptio nō ſit de ſe perpetua, nec fructus certos, & perpetuos reddat; idcircò pro ſufficienti titulo deſeruire nequit Trid. autē non loquitur de titulo ſuſtentationis, ſed de adſcriptione ad exercendū Ordinum miniſteriū Ita Vgol. de offic. Epiſp. *c 26. n. 6.* Garzia *2. p. c 5 n. 98.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. 2 p. alleg* 10. *num.* 26.

Vſus verò, cui inhærent Ampliſſimi Patriarchæ Venetiarum, ordinandi Clericos, eiuſdem Vrbis ad titulum ſeruitij alicuius Eccleſiæ nititur ſpeciali priuilegio Sixti V. quæ Apoſtolica gratia, tāquam exceptio, firmat regulam in alijs.

25 *Quid de eo, qui reciperet Ordinem ſacrum ſine titulo, vel cùm titulo ficto.*

Remaneret ſuſpēſus ab executione Ordinis ſuſcepti, ex conſtitutione Pij V. Quæ, inci-

incipit *Rom.Pontifex*. In quo deinde ſi ſciẽter miniſtraret, irregularitatem ex violatione cenſuræ contraheret. Ita cõmuniter DD. apud Dia. *p.2. tr.16. reſ 5*. Oppoſitum tamẽ ipſe ſuſtinet cum multis alijs, quos citat *l. c.*

26 *Cur Eccleſia decreuit, vt conſtituatur eiuſmodi patrimonium ?*

Ne ordinatus cogatur mendicare cum ordinis dedecore, aut ſordidam artem exercere Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2.*

27 *Ordinandus eſt filius Patris diuitis, poteſtne ordinari ad titulum patrimonij, nulla facta aſſignatione á Patre ?*

Et ſi nonnulli aſſerant, vt Surdus *de alimentis tit 7. q.47. à n. 2.* Quia eo caſu ceſſat finis decreti Concil. cùm ceſſet periculum mendicandi, aut ſordidam artem exercẽdi.

Dicendum tamen eſt, non poſſe ordinari niſi patrimonium ipſi à Patre fuerit conſtitutum, ſuper re certa, & fructifera. Quia ordinandus verè, & de facto debet patrimonium obtinere, quod requirit Tridentinum Barboſ. *de offic. Epiſc. p.2. alleg. 19. n.60.*

28 *Qui ordinatur ad titulum patrimonij ab altero ſibi conſtituti, cum pacto nihil ab eo petendi incurritne aliquam pœnam ?*

Incurrit pœnam ſuſpenſionis ab ordine ſic ſuſcepto, & ſuperiore ſuſcipiendo, cuius diſpenſatio Pontifici reſeruatur, *cap.37. Per tuas* Quia tam dominium directum, quàm vtile debet remanere penes ordinatum. Neque ignorantia iuris eum excuſat, *c. penul. de ſimon. ſi quis* Sylueſt. *v. ſimon. verſ. addè primò*. Bonac. *de cenſ. lib. 3. qu. 5. p. 5. num. 1.*

29 *Valet-*

29 Valetne ad ſacros promotus alienare, ſeu remittere eiuſmodi patrimoniū, vel eius partē?

Nullo modo patrimonium integrum, vel eius partem, etiam minimam ſine licentia Epiſcopi alienare, vel remittere poteſt. Trid. *ſeſſ. 21. c. 2.* vbi ſic ait. *Atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, extingui, vel remitti nullatenus poſſint: donec Beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſit adepti vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint?*

30 Quid, ſi de facto Clericus illud, vel eius partem alienet, ſine Ordinarij ſui conſenſu?

Alienatio eiuſmodi ipſo iure irrita eſt: Tum quia illa bona cenſentur ſubrogata loco Beneficij, & illius naturam aſſumunt. Tum etiam quia dictio, *Nullatenus*, Trident. decreto adiecta, annullat actum ipſo iure; & cum ſit vniuerſalis negatiua, excludit quamcumque partem Gloſ. *in Clem. 1. verſ. nullatenus de ſequeſt.* Vide Pyrrum Conrad. *in ſua praxi lib. 4. cap. 7. num. 29.*

31 Cùm Tridentinum vetet patrimonium alienari, niſi Clericus aliunde habeat, vndè commodè viuere poſſit, quæro, an illa conditione purificata poſſit ea bona, cùm ſibi libuerit, alienare?

Etiam eo caſu alienare prohibetur abſq; Ordinarii conſenſu, quia obſtat dictū Concilij decretum. Ita Barboſ *de poteſt Epiſc. alleg. 19. n. 90.* Duo enim concurrere debent in eiuſmodi alienatione, alterum, quòd alia bona æqualis redditus ſubrogentur: alterum, quòd Epiſcopus id cognoſcat, & comperta veritate, conſenſum præſtet: aliter

mens

mens Concilij facilè eluderetur, & fraudes committerentur. Conrad *l. c n. 30.*

32 Quid ſi promotus renunciet, vel retrocedat patrimonium in fauorem parentum, vel alterius, qui illud ſibi donauit cum pacto reſtituendi?

Si ea donatio fuerit validè ſibi facta, dicta renunciatio, vel retroceſſio nullius erit momenti; nec taliter ordinatus incurrit ſuſpenſionem: quia verè fuit ordinatus cum vero patrimonio. Neque refragatur pactum in dicta donatione adiectum, quia neque obligat, neque habetur pro adiecto, attenta diſpoſitione. Trid. Conrad *loc. cit. num* 20. & Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*20. *num.* 30. *p.* 2. Bonac *de Ordin. diſp.*8. *qu. vnic. p* 5. *num.* 25.

33 Ordinandus promittit Patrimonium amico reddere, cùm ipſe nactus fuerit ſufficiens Beneficium, vel alia bona, incurritne aliquam pœnam?

Si id agat cùm Epiſcopi conſenſu, nullā pœnam, nullamquè culpam incurrit, quia nulla ratione contra Tridentinum operatur, teſte Trullen. *de Ordin. lib.*6. *vnic. dub.*12. *n.* 3. quem citat, & ſequitur. Tambur. *de Ordin. lib.*7. *cap.*6. *nu.*13. Si verò Epiſcopi conſenſus deſideretur, etſi adhuc à ſuſpenſionis pœna, tamen à culpa graui non excuſatur, ob violationem decreti Trid Vide Conrad. *loc. cit.*

34 Epiſcopus, vel ſynodus taxauit pro patrimonio quadraginta aureos annuos, ſi Ordinando in ſuo oppido ſufficiant viginti, vel 25. ſi cùm his promoueatur, diciturne cum ſufficien-

ſicienti patrimonio promoueri ?

Profectò dicetur, cum ſufficienti patrimonio promoueri Quia Tridentinum illud tãtùm vult eſſe ſufficiens, quod approbat Epiſcopus. Trullen. *cit. &* Tambur. *l. c. n* 18.

35 *Poteſtne in aliquo caſu permitti promoto; vt patrimonium alienet, etiamſi aliundè commodè viuere non poſſit ?*

Poteſt in ſequentibus caſibus, ſi aliud remedium non ſupetat. Primò, ob redimendos promore parentes è captiuitate. Secundò, ob liberandum patrem, vel fratrem pœna mortis multandos, ob aliquod delictum, niſi detur parti læſæ certa pecuniæ quantitas pro remiſſione. Tertiò, ob conſulendum ſororis honori, quæ in magno proſtitutionis periculo verſatur Quia lex naturalis ſuccurrendi parentibus, vel conſanguineis in tali neceſſitate fortiùs obligat, quam lex Eccleſiaſtica non alienandi patrimonium. Garzia *p. 2. cap. 5 num.* 179 Conrad. *loc. cit. num.* 34.

36 *Quid ſi Epiſcopus ordinet aliquem ſine titulo ?*

Cogitur Epiſcopus alere Clericũ de ſuo, donec de ſufficiente titulo eum prouideat; & huiuſmodi obligatio tranſit etiã ad ſucceſſores, Naldus *V. Ordo n.* 18. *&* Barboſ. *cit.*

An autem ordinatus in Subdiaconũ ſine titulo, poſſit vlteriùs promoueri: Etſi negatiuè reſpondiſſe fertur Sacra Cõgreg. teſte Garz *cit. c* 5. *n.* 169. quia iura in omni ſacro Ordine diſtributiuè id prohibent; cẽſeo tamen cũ Auil. 3. *p. d* 5 *dub* 6. poſſe Epiſcopum diſpẽſare, quã primũ illi Beneficiũ cõferre.

37 *Quomodo debet conſtare Epiſcopo de vita in minoribus religioſè tranſacta?*

Debet conſtare tum per bonum Parochi teſtimonium, tum etiam per publicam famam, & exiſtimationem; quòd ſcilicèt probitate morum præditus ſit, & dignus, qui ad ſacros Ordines promoueatur.

38 *Quodnam temporis ſpatium intercedere debet inter Accolytatum, & Subdiaconatum?*

Debet intercedere interſtitium, ſeu ſpatium integri anni, niſi neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ aliud ſuadeat. Trid. *ſeſſ.23.cap.11.*

39 *Qui non ſeruat interſtitia ab Eccleſia ſtatuta, quám pœnam incurrit?*

Subiacet pœnæ ſuſpenſionis ab executione poſterioris ſacri Ordinis, ſi mala fide, & ſine diſpenſatione Epiſcopi ſuſcepit. *cap. dilect. de temp. ordin.* qui deinde ſi miniſtret in Ordine, fit irregularis; à ſolo Papa diſpenſandus, ſi delictum ſit publicum, ſi occultum, Epiſcopus diſpenſat. Nau. *in man. cap.27.num.242.*

40 *In ſeruandis interſtitijs attendendus eſt ne annus mathematicus, ideſt, integer quoad diem?*

Non attenditur annus mathematicus, ſed ſecundùm morem Eccleſiæ: v. g. à quatuor temporibus præcedentis æſtatis ad quatuor ſequentis. Barboſa in Conc. Trid. *ſeſſ.23. cap.11 num.9.*

41 *Quot, & quæ ſunt onera ſiue obligationes Subdiaconi?*

Tria ſunt onera, & obligationes, quas cōtrahit Subdiaconus. Prima recitandi quoti-

die

die officium Diuinum. Secunda ſeruandi perpetuam continentiam. Tertia deferendi habitum, & Tonſuram clericalem.

De Obligatione Recitandi Horas Canonicas.

CAP. XIX.

42 *Vnde prouenit obligatio quotidie recitandi Horas canonicas?*

HViuſmodi obligatio oritur ex ſacro Ordine validè ſuſcepto. Conſtat ex cap. *dolentes de celebrat. Miſſarum.*

43 *Poteſtne prouenire etiam ex alio capite?*

Poteſt, videlicèt ex Beneficio Eccleſiaſtico adepto, & ex Profeſſione emiſſa in approbata Religione. *cap. dolentes, ſupra cit.*

44 *In quot partes diuiditur canonicum Officium?*

In duas diuiditur partes, nempè in officium nocturnum, & diurnum, Nocturnum complectitur Matutinum cùm Laudibus: Diurnum verò Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, & Completorium.

45 *Cur Officium Diuinum conſtat ex ſeptem horis canonicis?*

Propter paſſionis Dominicæ miſteria, ſeptem

ptem horis operata : quæ his carminibus declarantur.

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat

Prima replet ſputis: dat cauſam Tertia mortis.

Sexta Cruci nectit. Latus eius Nona bipertit

Veſpera deponit tumolo Completa reponit

46 *Cur iſta ſeptem horę dicuntur canonicę?*

Canonicum propriè ſignificat regulam: dicuntur igitur horæ canonicæ, quia quilibet in ſacris conſtitutus debet ſequi hanc regulam ſepties in die laudandi Deum. Gauan. *loc cit.*

47 *Quo iure ſacris initiatus ad recitationem obligatur officij Diuini?*

Obligatur non ex iure Diuino, ſed ex legis Eccleſiaſticæ diſpoſitione, ſeu ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine, vim legis obtinente, iuxta communiorem DD. ſententiam. Nau *c 7. n.2.* Laym. *l.4. c.4. nu* 4

48 *Clericus in ſacris ſi omittat horas canonicas, quonam crimine ſe obſtringit?*

Si abſque iuſta excuſante cauſa omittat, obſtringitur crimine mortali: quia lex Eccleſiaſtica, per generalem Eccleſiæ conſuetudinem obfirmata, obligat ſub mortali. Laym *l.4. tr c.4. n.4* ex communi DD ſententia.

49 *Quid, ſi Clericus ſit excommunicatus, ſuſpenſus, depoſitus, aut degradatus?*

Clericus, tametſi excommunicatus, ſuſpenſus, depoſitus, aut degradatus nō liberatur

ratur obligatione recitandi horas canonicas: quia ex propria iniquitate commodum referre non debet. Nau. *cit. cap* 7 *num.* 17. Laym. *citat.* Auila *de conſ. p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 4. *dub.* 6. *concl* 1.

50 *Qui omittit omnes ſeptem Horas, committitne tot peccata, quot ſunt horę canonicæ?*

Committit tantùm vnum peccatum mortale: quia violat vnicum præceptum de perſoluendo officio, ſeptem horas complectente.

51 *Quid, ſi omittatur nocturnum, integra hora, vel tres lectiones?*

Omiſſio vnius nocturni, integræ horæ, trium lectionum, & duplicis Pſalmi eſt ſufficiens materia peccati mortalis: minoris partis omiſſionem non pertingere ad mortale, docet Laym. *l.* 4. *t. c.* 4. *nu.* 5. § *ad extremum*. Quia talis omiſſio reſpectu integri officij paruæ materiæ rationem habet. Vide etiam Suarez *lib.* 4. *de horis canon. cap* 25. *num* 15

52 *Clericus in ſacris conſtitutus, ob ægritudinem, occupationem, cæcitatem, aut lippitudinem occulorum, integrum officij penſum perſoluere non poteſt, tenetur ne recitare officij partem?*

Negat abſolutè Caramuel in regul. D. Bened. *diſp.* 115 *n* 1435. cui addo Rodriq. *tom.* 1. *reg. q.* 42 *a.* 10. quorum ratio eſt, quia præceptum horarum canonicarum eſt vnicum, & indiuiduum, videlicet de legendo toto officio, non partem; Ergo quando aliquis non poteſt ſatisfacere toti præcepto, non

tene-

tenetur implere partem; quia hæc non præcipitur.

Affirmant verò Suar. *l* 4 *de hor. can ca.* 28 *n.* 27 *&* Laym. *l.* 4. *t.* 1 *c.* 6. *n.* 1 & alij aſſerentes eum, qui integram aliquam horam etiã minimam, v.g. tertiam recitare poteſt, obligari ad eam recitandam Quia quæuis hora, (aiunt iſti) per ſe eſt oratio canonica, à reliquis officij partibus diuidua.

Sed mihi placet mediam ſequi ſententiam, quæ aſſerit eum, qui non poteſt recitare præcipuum officij partem, nempè Matutinum cum Laudibus, ab onere recitandi reliquas Horas, & Veſperas liberari. Quia maior pars trahit ad ſe minorem. Ita Nau. *in man. cap.* 11 *nu.* 11 Azor *tom* 1. *l.* 10. *cap.* 3. *quæſt.* 4 Garzias *de benef. part.* 3 *cap* 1. *num.* 216 Palaus *tom* 1 *tract* 2 *diſp.* 2. *punct.* 6. *nu.* 9. Dian. *p.* 7 *tract.* 11. *reſ.* 13 Leu *l.* 2. *c.* 37 *n.* 54.

53 *Clericus in ſacris, & ſimul poſſidens Eccleſiaſticum Beneficium, quot peccata committit, ſi non recitet horas canonicas?*

Committit duo peccata mortalia, alterum contra virtutem Religionis ratione Ordinis; alterum contra virtutem Iuſtitiæ ratione Beneficij, cuius fructus in pios vſus erogare tenetur; à qua culpa & obligatione non eximitur, etiamſi ſacris non ſit initiatus. Nau *in man. cap.* 25. *nu* 11. Laym. *cit. cap* 6. *num.* 2.

54 *Clericus, qui Eccleſiaſticum poſſidet Beneficium, quotam portionem fructuum reſtituere debet, ſi Officium Diuinum recitare omittit?*

Cleri-

Clericus Beneficium, vel Penſionem obtinens, ſi poſt primos ſex menſes, totum officium culpabiliter omittat, omnes fructus illi vel illis diebus reſpondentes pauperibus, vel fabricæ Beneficij dare tenetur. Si ſolùm Matutinum, dimidium fructum: Si ceteras Horas omnes, dimidium item, ſi ſingulas ex eis, ſextam partem fructum talis diei Ita decernit Pius V. *in Bulla* 135. quæ incipit. *Ex proximo*.

55 *Quid dicendum de Religioſo profeſſo, & ſimul in ſacris conſtituto?*

Religioſus, negligens Officium diuinum non duo, ſed vnicum peccatum admittit. Neque refert, quòd duplici præcepto adſtrigatur ad Officium. Quia peccata non multiplicantur ex multiplicatione præceptorum, eodem fine latorum, ſed ex multiplicatione, virtutum, quibus actio, vel omiſſio aduerſatur. Laym. *l.1. tract.3. cap.2.* ex S Thom. *qu.48 art.1.*

56 *Quid demum de nocturno Defunct. Pſalmis Gradual. Pœnitential. vel Officio B. V. quæ in Ordinarij Epiſcoporum notantur?*

Non obligant ſub culpa. Qui tamen recitat, lucratur indulgentias. Vide Bullam Pij V. ante Breuiarium. Excipiendum eſt officium Defunct. in commemoratione eorundem, & Litaniæ in Rogationib. & feſto D. Marci. quæ expreſsè præcipiuntur: non autem ſub obligatione grauis culpæ. Nonnulli affirmant, alij verò negant. Tutior tamen, & verior eſt opinio affirmatiua, teſte Diana *par.4 tom.4. tract 5 cap.2. reſ.226.*

E 57 *Qui*

57 *Qui hodie Diuinum Officium non recitauit, debetne craſtina die ſupplere?*

Qui intra diem naturalem culpatè, vel inculpatè recitare neglexit, poſtera die ſupplere non tenetur quia onus recitandi diuini officij eſt adnexũ diei, & tranſit cùm ipſo die Laym *l. 2. c. 3. n. 9. &* Doctor. omnes.

58 *In quibus caſibus ſacris initiatur à recitatione Officij diuini excuſatur?*

Septem in caſibus. Primò, ſi à Summo Pontifice diſpenſetur. Secundò, ſi ignorantia, vel inaduertentia inculpabilis iuris, vel facti laboret. Tertiò ſi detineatur longa, & neceſſaria occupatione, quæ horarum recitationem mortaliter impediat. Quartò, ſi ægritudine corporis grauetur iudicio Medici Quintò ſi careat Breuiario; & aliundè commodè habere non poſſit. Sextò. ſi per vim ab extrinſeco illatam impediatur Septimò, ſi metu mortis cogatur Diuini Officij penſum omittere. Leſſius *lib. 2. c. 37. nu. 54.* Nau *cap. 11. de ord. nu. 6. 32. & 33.*

59 *Sacris initiatus Horas canonicas non poteſt ſolus recitare poteſt autem cum ſocio, teneturne eum requirere?*

Religioſus, & ſimplex Clericus, ſi commodè poſſunt, tenentur ſocium requirere. Quia Eccleſiæ præcepta ſemper ſunt ſeruanda, quoties ſine graui incommodo poſſunt ſeruari. Cum expenſis, & magna difficultate non tenetur: quia non obligantur ſuis ſumptibus Eccleſiæ ſeruire. Ita Leſſius, & Garzias infrà citandi.

Dixi ſimplex Clericus; quia Beneficiati, & Pen-

& Penſionarij tenentur ex fructibus Beneficij, vel penſionis ſocium quærere, ſi ſufficientes ſint, & poſſint ſine magna difficultate. Ex patrimonio verò, licèt ad eius titulum Clericus ſit ordinatus, non tenetur. Leſſius *l. 2 c. 27. n. 54* Garzias *3. p ca 1. n. 215.* Azor. 1 *p. l. 10. c. 13 qu 3. & 6.*

60 *Rectè quidem: ſed requiro, an qui non poteſt recitare, teneatur Officium audire, vel oculis percurrere, aut ad alias orationes?*

Non tenetur. Tum quia obligatus ad vnum non tenetur ad aliud. Tum quia de tali obligatione nullibi conſtat. Nauar. *de ora. c 11 n. 6.* Tol *l. 2. cap. 14.*

61 *Conſtitutus in ſacris cæcitatis vitio laborat, cenſendus ne excuſari a recitatione officij?*

Cæcus regulariter videtur excuſari, præterquam ſi memoria officium ita teneat, vt vel per ſe, vel cum ſocio, quē amicabiliter, vel ex rēdditibus Beneficij, aut pēſionis habere poteſt, illud recitare queat. Quia tunc præceptum poteſt impleri, & ita declarauit Sacra Congregatio. Secus dicendum, ſi officiū memoria non teneat, non enim tenetur ſocium adhibere, vt, illo præeunte alternatim recitet; eſſet enim onus grauiſſimum, ad quod Eccleſia regulariter non obligat. Soli enim Canonici, ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis ſic tenentur in Choro, vel extra (cùm abſint ſine cauſa) recitare. Suar. *lib. 4. de Hor. can. c. 28 nu. 18.*

62 *Quid de ſurdo, excuſaturne à recitatione Officij?*

Surdus à recitatione non excuſatur quia

poteſt, & tenetur priuatim ſolus recitare. Nec ſatisfacit, alternatim cum ſocio recitando, quia ei non communicat. In Choro tamen ſatisfacit, ſuam partem canendo, & aſſiſtendo, quia facit ſeruitium Chori. Suar. *cit. num* 18. F Illiuc *tract* 24. *num*. 291.

63 *Quale Officium recitari debet?*

Officium tum publicè in Choro, tum priuatim extra Chorum recitandum eſt ſecũdum formam Breuiarij Romani ſub Pio V. editi, & ab Vrbano VIII reformati, ſicut præſcribitur in Calendario Diœceſano.

64 *Qui Officium mutat, v. g. qui dicit de Sancto, cùm recitandum eſt de Dominica, quod peccatum committit?*

Qui inaduertenter, vel rationabili de cauſa officium mutat, neque delinquit, neque repetere tenetur. Leſſ. *l.* 2 *c.* 37. *dub.* 12. *n* 77. Syl *V. Hora q.* 12. Dian. *p.* 1. *tr.* 12. *reſol.* 3 Si verò, data opera, & frequenter officium in lõgè breuius mutet Aliqui, vt Azor. & Diana *l. c.* venialem culpam non excedere exiſtimant. Sed pertingere ad culpam mortalem probabilius docet Tolet Suar. & Laym. *l.* 4. *t.* 1 *c.* 5 *n.* 4 *&* 5. Quia lege Eccleſiaſtica non quodlibet officium, ſed hoc, ad preſentem diem ſpectans, precipitur, videlicet, vt hi Pſalmi, hæ lectiones recitentur.

Quod certiùs licet aſſerere in hac Inclyta Ciuitate, ac Diœceſi Venetiarum, vbi Ampliſſimus, æquè ac Religioſiſſimus IO: FRAMCISCVS MAVROCENVS eiuſdem Inclytæ Vrbis Patriarcha, Dalmatiæquè Primas (cuius Sapientia, Prudentia, Æquitas, ac Pietas nulla

vel

vel excultiſſimo Elogio ſatis pro dignitate collaudari poſſunt (*expreſsè mandat omnibus Clericis, ad recitationem horarum adſtrictis, Patriarchali iuriſdictioni ſubiectis, vt officium tam publicè, quam priuatim recitent iuxta formam ordinarij eiuſdem iuſſu editi*, in virtute ſanctæ Obedientiæ. *Quæ verba praeceptiua obligationem ſub mortali inducere niſi aliud conſtet de mente Superioris præcipientis, tradunt* Nau. *man cap* 23.*n*.53 Salas *de legibus diſp*.10.*ſect* 9.*n*.52. Baſſæus *V. lex IV*.*n*.3. *& alij communiter*.

65 *Quid de interrumpente recitationem incepti officij?*

Horæ ſingulæ recitari debent continuè, & ſine notabili interruptione; ſicuti conſtat ex C *nihil* 7.*q*.1.*& C. nullus*. Si verò iuſta, & rationabilis cauſa incidat interrumpendi officij, omni culpa caret. Laym. *loc. cit. nu*.7.

66 *In caſu interruptionis vnde rurſus incipiendum eſt officium?*

Aliqui, vt Azor. & Nauar. *c*.16 *n* 75. incipiendum eſſe à capite affirmāt. Sed probabilius eſt, ſatis eſſe incipere ab initio Pſal. vel lectionis interruptæ, ſi interruptio magna fuerit. Quia quiſque Pſalmus continet perfectā orationem, & laudem Dei abſque connexione cum alijs, Leſſ Suar. Laym. *ll cc*.

67 *Quæ intentio requiritur in eo, qui recitare debet officium canonicum?*

Requiritur intentio orandi Deū, non ſimpliciter legendi iſtoriam: ſufficit tamen virtualis, quæ ſaluatur in ſola acceptione Breuiarij cauſa recitādi officiū, & laudādi Deū.

68 *Quid de attentione neceſſaria ad recitationem Horarum?*

Ad implendum Eccleſiæ præceptum profectò requiritur attentio, tàm externa, quàm interna:

69 *In quo conſiſtit attentio externa?*

Conſiſtit in hoc, vt, dum quis recitat officium canonicum, non exerceat externam actionem incompoſſibilem cum oratione, qualis eſſet lectio, ſcriptio, confabulatio.

70 *In quo conſiſtit attentio interna?*

Attentio interna duplex eſt, altera actualis, cùm quis clarè cognoſcit ſe hic, & nunc aduertere ad verba, & ſenſum verborum: altera virtualis, cùm quis proſequitur recitationem Horarum, incœptam cum attentione ad verba, ſed ob exortas cogitationes mentem habet diſtractam.

71 *Quænam igitur attentio neceſſaria eſt ad implendum præceptum?*

Optima eſt attentio actualis cum eleuatione mentis in Deum. Ad implendum tamen Eccleſiæ præceptum ſufficit ſola virtualis, non interrupta, vel reuocata per contrariam intentionem non attendendi. S. Th. 2.2. *q* 82. *a*. 15. *ad* 3. vbi ait, euagationes inuoluntarias Orationis fructum nõ tollere.

72 *Quid de eo, qui abſque vlla attentione recitat?*

Qui recitat ſine attentione actuali, vel virtuali, quia voluntariè per notabilem partem diſtrahitur, vel exercet actionem incompoſſibilem cũ oratione, peccat mortaliter contra præceptum Eccleſiæ in re gra-

ui, Leſſius *c.* 37 *dub.* 11. *n.* 64. Laym. *lib* 4. *tr.* 1. *cap.* 5 *num.* 10. Non deſunt tamen Doctores, qui etiam ſic recitantem eximunt à mortali, quos citat, & ſequitur Dian. *p* 2. *tr.* 12. *reſol.* 2.

73 *Qui oculo percurreret Pſalmos, & Horas mente recitaret, perſolueretne præceptum?*

Non perſolueret: quia recitatio debet fieri ore, & voce, ita vt recitans dici poſſit vocaliter orari. Quod vſus, & praxis Eccleſiæ confirmat.

74 *Qua voce recitari debet Officium Canonicum?*

Priuatim recitans debet Horas ea proferre voce, qua, remotis impedimentis, orans ſeipſum audire poſſit. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *nu.* 24.

75 *Intra quod tempus recitandæ ſunt Horæ Canonicæ?*

In priuata recitatione implet præceptum, quod ſuſtantiam, qui dicit horas canonicas à puncto mediæ noctis præcedentis diei, vſque ad punctum mediæ noctis ſequentis, qui dies naturalis eſt. S. Tho. *quodlib.* 5 *art.* 28. Reginal. *in praxi lib.* 18. *num.* 180 & Doctores omnes.

76 *Matutinum craſtinæ diei licetne recitare ante quam incipiat dies naturalis?*

Ex Romana conſuetudine vbiq; recepta, Matutinũ, & Laudes craſtinæ diei inchoari poſſunt tã æſtate, quàm hyeme poſt Veſperas, & Completorium currentis diei. Rationem reddit S. Thom. *quodlib.* 5. *art.* 28. quia ſolemnitas diei ſequentis à Veſperis incipit,

pit. Prima verò non poteſt dici pridie, ſed ſolum poſt mediam noctem. Reliquæ horę ſimiliter poſſunt, ob aliquam honeſtam cauſam recitari mane, teſte Nau quem citat, & ſequitur Leſſ. *l.c n* 79. Imò etiam Veſperæ teſte eodem Leſſio *l.c.* Reg *l* 18. *nu* 182.

77 *Quid de Veſperis ante prandium recitandis tempore Quadrageſimę?*

Aliqui, vt Tolet *lib.* 2. *c.* 13 affirmant id in præcepto poſitum eſſe, ideòque peccare, qui differt Veſperas ad tempus pomeridianum. Sed hoc habere tantùm locum in officio publico, quod in Choro celebratur, docent Nau. Suar. Sà, quos citat, & ſequitur Laym *l.* 4 *t.* 1. *cap.* 3 *num.* 8.

78 *Quo in loco Diuinum Officium recitandum eſt?*

Qui choro ſunt adſtricti ratione Beneficij, vel ſtipendij, obligantur ex iuſtitia recitare in choro Qui verò priuatim officium dicũt, in quocumq; honeſto loco poſſunt recitare.

79 *Quid de eo, qui tum tempus, tum ordinem Horarum immutat?*

Dicere Horas ante Matutinum, vel recitare *Iam lucis orto ſydere*, cùm Sol iam occiderit, veniale eſt niſi iuxta cauſa excuſet: iuſta verò cauſa concurrente, in priuata recitatione, nullũ peccatũ agnoſcũt. Leſſius, Suar. Bonac. Laym. infra cit Verba autẽ illa *Iam lucis orto ſydere*, ſicut etiam illa *Nocte ſurgentes, &c.* referuntur ad tempus legitimum. Semper tamen laudabilius eſt Horas præponere, quàm poſtponere. *C.* 2. *Presbyter d.* 19. Leſſ *l.* 2. *c.* 37 *d.* 12. *in fine.* Suar *lib.* 4.

de

de ora c.15. & 27 á n.8 Bonac. *de hor can. d. 2 q 3. p. n.* 10.16. & 17. Laym. *l.4.tr.1.c.3.n 8.* Quando verò, & qua ratione ex indulto Leonis X. remittantur defectus, & culpæ, in rec'tando horas canonicas, contractæ, vide infra *Epitom. Sacr. Ritu. cap 4.*

80 *Quanam eſt ſecunda obligatio Subdiaconi?*

Altera obligatio eſt ſeruandi perpetuam continentiam, hoc eſt, abſtinendi ſe toto tempore vitæ ſuæ ab omni actu venereo, tàm interno, quam externo, tám illicito, quam licito, v.g. matrimonij. Bellarm. *l.1. de Clericis cap. 18 & 19.*

81 *Hæc obligatio viguitne ſemper in Eccleſia?*

Initio naſcentis Eccleſiæ non fuit obſeruata in Eccleſia orientali: quia ob paucitatem fidelium, & miniſtrorũ Domini, ſacris initiabantur etiam, qui habebant vxores. At in Eccleſia occidentali à tempore Apoſtolorum ſemper obſeruata fuit. Bellarm. *cit.* & Laym *l.5.t 9* quia fusè id probat.

82 *Quo iure conſtituti in ſacris ad perpetuam obligantur continentiam?*

Tenentur non iure Diuino, ſed lege Eccleſiaſtica, quæ eo ipſo, quòd ſuſcipiunt Ordines ſacros, compelluntur emittere votum caſtitatis. Bellarm. *loc. cit.*

83 *Si res ſic ſe habet, cur igitur Græci, & orientales, Sacerdotes vtuntur coniugio?*

Orientales nõ receperunt legem Eccleſiæ de perpetuo cælibatu. Ideòque dum ſacris initiantur, non emittunt votum continen-

tiæ, vt Latini. Propterea ex Eccleſiæ permiſſione vtuntur matrimonio ante ſacros Ordines contracto. Bonac. *de matrim. qu 3. punct. 9. num. 13.*

84 *Quid eſt votum?*

Votum eſt promiſſio deliberatè Deo facta de bono meliori, quam ſit eius oppoſitum. Sanch. *l. 1. de matrim diſp. 4 q 4. nu. 5.*

85 *Promotus ad ſacros obligaturne ad ſeruandam continentiam ex vi voti, an ex Eccleſiæ conſtitutione?*

Qui ſuſceptione ſacrorum Ordinum intendit ſaltem implicitè emittere votum, obligatur ex vi voti: qui non intendit edere votum obligatur ex Eccleſiæ ordinatione. Laym. *loc. cit. n. 2. ad probationem.*

86 *Suſcipiens ſacrum Ordinem ignorat obligationem perpetuæ continentiæ annexam eſſe, eſt ne ab ea immunis?*

Etſi ſucipiens ſacrum Ordinem nihil cogitauerit de continentiæ voto nihilominus obligatur ad ſeruandam continentiam. Quia votum eſt acceſſorium Ordini ſacro, tamquam principali: qui autem vult principale, vult etiam acceſſorium; quod verum eſt, niſi contrariam intentionem habeat. Sanch. *lib. 7 de matrim. diſp. 27. q. 2. num. 10.* Reginal. *lib. 15. n. 225.*

87. *Quid, ſi Clericus vellet ſuſcipere ſacrum Ordinem, ſed per malitiam nollet edere votum?*

Iſte delinquere mortaliter: quia aduerſaretur intentioni Eccleſiæ in re graui; & præterea teneretur ad caſtitatem, non ex voto,

quod

quod ſine voluntatis cōſenſu ſaltē implicito nullum eſt, ſed ex ordinatione Eccleſiæ. Sicut etiam obligaretur ad recitationē Horarum, Laym. *loc. cit.* Sanch. *loc. cit. nu.* 11.

88 *Per metum quis adigitur ad ſacrum ſuſcipiendum Ordinem, validène ordinatur?*

Qui ſimpliciter inuitus ordinatur, inualidè ordinatur. Qui verò per metum etiam grauem, recipit quidem characterem, nihilominus immunis eſt ab obligatione voti. Nau *conſ.* 41. *de his, qui vi*, & Sanch. *l.* 7. *de matrim. diſp.* 29. *num.* 5.

89 *Quid, ſi Ordinatus per vim, & metum poſtea liberè miniſtret in Ordine ſuſcepto?*

Cenſebitur ratificare tum Ordinem, tum votum ipſum, ipſo Ordinis miniſterio. Layman *l.* 4 *t.* 5 *cap.* 5. *num.* 10. Quod verum eſt ſecundùm præſumptionem fori externi, non interni.

90 *Votum ſacri Ordinis eſt ne ſolemne?*

Solemne eſt, non per expreſſam verborum formam, ab Eccleſia præſcriptam, vti eſt votum Religioſorum, ſed per ipſum factum, id eſt, per ſacri Ordinis ſuſceptionem. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 37. *qu.* 1. *art.* 1. Suar. *tr.* 3 *de relig. lib.* 9. *cap.* 17.

91 *Si Sacris initiatus in tantum malorum barathrum prelaberetur, vt de facto contraheret Matrimonium, quam pœnam incurreret?*

Præter crimen ſacrilegij, quod committeret, ob violationem voti, incurreret pœnam excommunicationis Epiſcopo reſerua-

ta vt habetur in *Clem.1.de conſang.& affini.* Imò ſuſpenſus eſſet ab Ordine; quamuis Epiſcopus cum eo, poſt peractam pœniten. tiã, diſpẽſare poſſit; vt habetur in *c ſanè 2.de Clericis coniugatis.* Laym.*l 5 t.19 p.4 c.3.n.4.*

92 *Poſt contractum matrimonium, quis ſacrum ſuſcipit Ordinem, diſſoluiturne matrimonium?*

Matrimonium, ſiuè tantùm ſit ratum ſiue etiam conſummatum, non diſſoluitur per ſuſceptionem ſacri Ordinis; benè tamen per ingreſſum, & profeſſionem in approbata Religione, quando conſumatum non eſt; idque ex priuilegio Diuino, ab Apoſtolis acceptò, ac perpetuò Eccleſiæ vſu confirmato. Quod priuilegium ſuſceptioni ſacri Ordinis non fuit conceſsũ: ſicuti cõmuniter teſtãtur DD apud Bon.*de matr. q.3.p.4 n 6.*

93 *Matrimonio iunctus quam pœnam incurrit, ſi ſacris initietur?*

Incurrit ſuſpenſionem ab exercitio ſuſcepti Ordinis; quæ ſuſpenſio durat etiam poſt diſſolutum matrimonium; nec valet ad alios Ordines aſcendere. Et ſi abſq; vxoris conſenſu ſacros ſuſcipiat Ordines, priuatur etiam iure petendi debitum reddere tamen tenetur. Couar *de imped.ſacr Ord.* Bonac. *de ſuſpen. diſp.3. punct.5. n 13.*

94 *Clericus in ſacris, vel Religioſus ſi actum libidinoſum voluntarié exerceat, quot peccata committit?*

Aliqui, vt Rodriq & Laym.*l 4.c 7.* fatentur, præter malitiam intemperantiæ, duplicem aliam contrahere malitiam, vnam violatio-

lationis voti, alterā ſacrilegij, ob violationem perſonæ Deo ſacratæ. Sed duplicem tantùm committere culpam, alteram contra temperantiam, alteram contra Religionem, ob violationem voti, vtramque mortalem, probabiliùs docent Suar. & Sanch. *lib 7. de matrim diſp. 27. num. 27.*

95 *Quodnam eſt alterum onus, quod incumbit Subdiacono?*

Eſt obligatio geſtandi Tonſuram in vertice capitis, & veſtem clericalem.

96 *Qualis veſtis a Clericis deferenda eſt?*

Geſtare debent veſtem talarē nigri coloris, quæ luxum, & vanitatē non præſeferat: Clericis tamē ruralibus, nec nō Vrbanis itineris cauſa breuiorem deferre licet: nunquā autem ſupra medium crux. Ita decernit tū Conc Prouin. Mediol. *V. de vita, & honeſt. Cleric.* Quod decretum ſaltē à Clericis eiuſdem Prouinciæ debet diſtricte obſeruari tū etiam Sac Congregatio ad Piaſec *p. 2. n. 15.*

97 *Quid ſi Clericus in ſacris conſtitutus non gerat veſtem, & coronam clericalem?*

Delinquit mortaliter, & ſi per multum temporis ſine habitu, & corona incedat amittit priuilegium canonis, niſi iuxta cauſa excuſetur & dummodò trina Epiſc. admonitio præceſſerit, *contingit de ſent. excommun.* Laym. *lib 5. tract. 9 cap. 12 num 3.*

98 *Quàm lata in Subdiacono corona efformari debet?*

Paulò amplior, quàm in promotis ad minores; quæ gradatim amplianda eſt pro ampliori gradu ſuſcepti Ordinis.

99 *Pra-*

99 *Preter ſupradicta, aſtringiturne Subdiaconus in alia onera?*

Tenetur Dominicis, & feſtis ſolemnioribus, cùm ad Altare miniſtrauerit, ſumere ſacram communionem. Trid *ſeſſ.* 23 *cap.* 13. Hæc tamen obligatio non videtur ſub culpa mortali impoſita, ſi ſcandalum abſit.

100 *Subdiaconus miniſtrans ad Altare, & canens Epiſtolam in peccato mortali, delinquitne mortaliter?*

Etſi reuera talis actio non ſit Sacramenti miniſtratio, vel receptio, neq; proximè ad ſanctificationem animæ tendat; atq; ideò ad lethalem culpam non pertingere, ſi ſcandalum abſit, doceat Valent. 3 *p. d.* 9 *q* 1. *p* 4 *ad* 4. Card. de Lugo de Sacram. *d.* 8 *ſ.* 9. *nu.* 153. Nihilominus laudabile, & multò tutius eſſet ſi ad tantum miniſterium per confeſſionem, vel ſaltem cõtritionem ſe diſponeret: maximè cùm multi, & graues DD ad id ſub lethali culpa teneri doceant. Adriæ Caiet Sylueſt. Nauar Tolet. & alij. Vide infra de Diacon ord. *quęſit.* 16.

101 *Quid ſi Subdiaconus miniſtret ad Altare ſine manipulo?*

Delinquit mortaliter, ſi illud non ſumat ex culpabili negligentia, non item, ſi ex inculpabili obliuione. Nullam tamen incurrit irregularitatem, quia hæc pœna non contrahitur; niſi in iure ſit expreſſa. Suar. *de cenſura diſp.* 42. *ſect* 2.

102 *Quodnam eſt proprium inſigne Subdiaconi?*

Eſt manipulus ad læuam, ſiue brachium ſini-

ſiniſtrum adaptatus, quo Subdiaconus à ceteris miniſtris diſtinguitur: In proceſſionibus tamen manipulus à Subdiacono ſemper deponitur.

De Impedi[illegible]entibus licitam Ordinum ſuſceptionem, rectumque Ordinis Subdiaconatus vſum.

CAP. XX.

103 *Quid poteſt impedire licitam Subdiaconatus Ordinis ſuſceptionem, eiuſdemquè rectúm vſum?*

Huiuſmodi impedimentum indurunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſi quam ipſo facto contraxerit Clericus, eaquè innodatus exiſtat tum etiam irregularitas.

104 *Quid eſt cenſura Eccleſiaſtica?*

Eſt pœna ſpiritualis, inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate, priuans hominem baptizatum, contumacem vſu quorumdam ſpiritualium bonorum; donec à contumacia recedat. Suar *de cenſ. diſp.* 1. *ſect* 2.

105 *Quotuplex eſt cenſura?*

Triplex, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdum. Auila *p.* 1. *d.* 3. & Doctores omnes.

106 *Quid eſt excommunicatio?*

Excómunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica,

quæ priuat hominem baptizatum tribus ſpiritualibus bonis. Quorum primum eſt Sacramentorum vſus. Alterum communia Eccleſiæ ſuffagia, ſcilicèt Miſſæ, & officia, aliæquè publicæ orationes. Tertium conuerſatio exterior cum fidelibus, quæ in mutuo colloquio,& conui[illegible] conſiſtit. Suarez 3.*p. tom.* 5. *diſp.* 12. *vſque ad* 17.

107 *Quotuplex eſt excommunicatio?*

Excommunicatio duplex eſt, altera maior, quæ priuat hominē tribus dictis bonis; minor altera, quæ priuat tātùm vſu paſſiuo Sacramentorum, ideſt, illorum receptione.

108 *Cur in reſponſione dixiſti hominem baptizatum, & non quemuis hominem?*

Dixi hominem baptizatum: quia excommunicatio eſt eiectio extra communionem Eccleſiæ; infideles autem abſolutè ſunt extra Eccleſiam. Dixi verò hominem, ideſt, perſonam ſingularem: quia vniuerſitas non poteſt excommunicari, Auila de cenſur. *p.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 2. & Doctores omnes.

109 *Anathema differetne à maiore excommunicatione?*

Quoad effectum anathema ab excommunicatione non differt. Eſt tamen diſcrimen quoad formam: quia anathema eſt eiectio ſolemnis ab Eccleſia alicuius, tamquā maledicti, & execrandi: excommunicatio verò priuata ſeparatio, & eiectio ſine ſolemnitate. Suar *de cenſur. diſp* 8. *q.* 2. *n.* 4.

110 *Quid requiritur ad incurrendam excommunicationem maiorem.*

Requiritur peccatum mortale, actu exter.

no conſummatum, cum continentia, & ino. bedientia iunctum Laym. *loc. cit. c.* 5. *nu.* 1.

111 *Quid excuſat ab incurrenda excommunicatione?*

Excuſat, quidquid excuſat à peccato mortali ſcilicet paruitas materię, impotētia ſeruandi legē, indeliberatio rationis, imperfectus cōſenſus volūtatis, & ignorātia ſiue iuris, ſiue facti, dūmodò nō ſit craſſa vel affectata. Sanc. *l.* 9 *de matr. diſp.* 32 *n.* 31. & Lay *c.*

112 *Clericus contraxit excommunicationem, poteſtne ſacro Ordine initiari?*

Validè recipit ſacrum Ordinem: quia virtus Sacramentorum non poteſt impediri iure Eccleſiæ, excepto Sacramento Pœnitentiæ: delinquit tamen mortaliter ſi ſcienter, & mala fide excommunicationis cenſura innodatus Ordinem ſuſcipiat. Laym. *l.* 1. *t.* 1. *p.* 2 *cap.* 2. *n.* 1. ex communi.

113 *Epiſcopus enuntiare facit ſe non intendere ordinare excommunicatum, irregularem, nec furtiuè accedentem ad Ordinis Quaero an ſi quis ex dictis nihilominus ad Ordines accedat, validè ordinetur?*

Videtur multò probabilius validè ordinari: tùm quia Epiſcopus quando actu confert Ordines, præſumitur priorem mutare voluntatem, velleque Clericum tunc præſentem ordinare Quod verum eſt, niſi conſtet de contraria Epiſcopi voluntate, perſiſtent in ea negatiua intentione. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 16 *nu.* 11. Laym *de ſacram. in comm c.* 4. *n.* 7. Sâ *V. Ordo n.* 38 qui pro conſolatione Lectoris ſic habet. *Si Epiſcopus*

dicat

dicat nolo, vel non intendo ordinare excommunicatus, vel irregulares, intelligitur, ſi ſciat talem eſſe. Quare his, quem ordinat non ſciens talem eſſe verè eſt ordinatus.

114 *Quid, ſi Subdiaconus, excommunicatione innodatus, exerceat actum ſui Ordinis?*

Subdiaconus maiori excommunicatione irretitus, ſi violet cenſuram, exercendo actum ſui Ordinis, incurrit irregularitatem. Non ita verò, ſi tantùm minori excommunicatione innodatus exiſtat (cuius vnicus effectus eſt priuare hominem vſu paſſiuo, ſeu perceptione Sacramentorum, vt ſuperiùs dixi) vel ſi laboret ignorantia non craſſa, *cap. Apoſtolica de Cleric. excommun. miniſtrante*. Laym. *loc. cit. par. 5. cap. 3. n. 4.*

115 *Per quid incurritur minor excommunicatio?*

Minor excommunicatio contrahitur ob participationem vel in diuinis, vel in ciuilibus rebus cum excommunicato vitando? præterquam ſi iuſta cauſa participantē excuſet, *c ſtatuimus de ſentent. excommun. in 6.*

116 *Quinam excommunicati ſunt vitandi.*

Excommunicati, qui nominatim per publicam Iudicis ſententiam ſunt denūciati, Item publici Clericorum percuſſores, tam in ſacris, quàm prophanis negotijs ſemper ſunt vitandi. Præter iſtos nullus alius: ſicuti conſtat ex dacreto Concil Conſtantien. *ad vitanda*.

117 *Quid eſt ſuſpenſio?*

Suſpenſio eſt cenſura, per quam perſona

Eccle-

Eccleſiaſtica functionibus Ordinis, vel iuri-bus Beneficijs in totum, vel in partem, in perpetuum, vel ad tempus, vti impeditur. Nauar. *in man. cap* 27. *n.* 151.

118 *In conſtitutionibus Eccleſiaſticis cùm imponitur ſuſpenſio à Diuinis, quæro, quid prohibeatur tali ſuſpenſionis cenſura?*

Suſpenſio à Diuinis prohibet exercitium Ordinum, etiam minorum. Vnde Clerici ſic ſuſpenſi nec Epiſtolam, aut Euangelium ſolemniter canere, nec Miſſam celebrare, nec confeſſiones audire, ſolemniter baptizare, vel Euchariſtiam miniſtrare, neq; Diuinis officijs in choro intereſſe poſſunt, tãquam miniſtri ex officio. Epiſtolam tamen abſque veſtibus ſacris licitè canere: Miſſiſquè inſeruire poſſunt, ſicuti faciunt etiam non ordinati. Item confiteri peccata ſua, communionem ſumere, &c. Nau. *cit. ca.* 27. *n.* 163. Bonac. *de cenſ. t.* 1. *diſt.* 3. *punct.* 2. *n.* 16.

119 *Clericus, qui violat ſuſpenſionis cenſuram, quàm pœnam incurrit?*

Præter lethalem culpam, ſit irregularis. Vide ſupra de excommunicato, cenſuram excommunicationis violante.

120 *Quid eſt interdictum?*

Interdictum eſt cenſura, quæ Diuinorum officiorum, aliquorum Sacramentorum, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ prohibet vſum, Laym. *loc. cit. par.* 4 *cap.* 1.

121 *Quotuplex eſt interdictum?*

Triplex. Primum perſonale tantùm, quod ſolam perſonam afficit. Secundum locale tantùm, quod ſolum locum immediatè, nõ

per-

perſonas attingit. Tertium locale & perſonale ſimul, quod locum, & perſonas interdicit. Nau. *in man. cit. cap 27. nu. 165.*

122 *Propter quid fertur interdictum?*

Interdictum non ſolet ferri, niſi propter delictum valdè graue; imò requirit culpam grauiorem, quàm excommunicatio, cùm communitatem, & multos innocentes per ſubtractionem rerum ſpiritualium affligat. *Auila p. 5. diſp. 3. dub 2.*

De Irregularitate.

CAP. XXI.

123 *Cum præter cenſuram, irregularitas etiam licitam Ordinum ſuſceptionem impediat; ideò requiro; quid ſit irregularitas?*

Irregularitas eſt moralis inhabitas, ſeu canonicum impedimentũ, ab Eccleſia impoſitũ; quod primariò impedit ſuſceptionem Ordinum, ſecundariò autem eorumdem vſum. Laym. *l. 1. tr. 9 par. 5. diſp 46.*

124 *Quotuplex eſt irregularitas?*

Duplex, alia, quæ oritur ex defectu, altera, quæ prouenit ex delicto.

125 *Recenſe defectus, qui irregularitatem inducunt?*

Defectus iſti ſunt octo, Primus eſt defectus animæ: vnde amentes, arreptitij, illiterati ſunt irregulares.

Secũdus eſt defectus corporis vnde cęci, ſurdi, &c. Item carentes manu, pollice, indice,

ce, oculo ſiniſtro: ſimiliter gibboſi leproſi, monſtruoſi, &c habentur irregulares.

Tertius eſt defectus natalium; ex quo illegitimi, quia reputantur viles, ſunt irregulares.

Quartus eſt defectus ætatis. Hinc infantes ante ſeptennium completum ad nullum ordinem, imò neque ad primam Tonſuram admittuntur, præterquam ſi Religionem intrarent, *cap. fin. de temp. ordinat.* Ad Acolytatum verò requiritur annus 12 completus, *c. in ſingul* Ad Subdiaconatum annus 22. inchoatus. Ad Diaconatum annus 23. Ad Presbyteratum annus 25. ſimiliter inchoatus Trid. *ſeſſ, 23. cap 12*

Quintus eſt defectus Sacramenti, ſiue vnionis Chriſti cum Eccleſia vnde bigami, qui ſcilicèt matrimonium contraxerunt cum duabus; vel cum vidua, aut ab alio corrupta, ſunt irregulares.

Sextus eſt defectus bonæ famæ Vnde infames ob aliquam ſiue iuris, ſiue facti infamiā ſūt iregulares. Dūmodo infamia ſit publica

Septimns eſt defectus libertatis. Hinc ſerui, & Curiales, ideſt ad curiam ſæcularem perpetuò obligati, ſunt irregulares.

Octauus demum eſt defectus perfectæ lenitatis. Hinc Iudices ſententiam mortis, vel mutilationis ferētes, & omnes miniſtri, qui his cooperantur, ſecuto effectu: Itē milites, in bello iuſto occidentes, vel mutilantes (nō in defenſionē Patriæ) ſunt irregulares.

126 *Recenſe modo irregularitatem alteram, quę oritur ex delicto ?*

Deli-

Delicta, quæ delinquentem irregularem efficiunt, ſunt ſex.

Primum delictum eſt iteratio baptiſmi, ſcienter facta; quod tam rebaptizantem, quam rebaptizatum irregularem efficit.

Secundum delictum eſt violatio cenſuræ; cùm ſcilicet Clericus ſolemniter exercet actum Ordinis maioris, non ignorans ſe innodatum eſſe cenſura.

Tertium eſt abuſus Ordinum; quando nimirum Clericus seriò, & ſcienter exercet actum Ordinis ſacri, quem non habet

Quartum delictum eſt cùm quis malè ſuſcipit Ordines; v g. in excommunicatione, vel ſuſpenſione: vel ab Epiſcopo, cui prohibetur ordines conferre; vel eodem die ſuſcipit duos Ordines Sacros, aut minores cum Subdiaconatu.

Quintum delictum eſt homicidium iniuſtum, vel mutilatio peculiaris membri, v g. pedis, manus, auris. &c.

Sextum deniq; eſt delictum quodcumq; enorme, quando eſt notorium, & publicum.

127 *Quomodo tollitur irregularitas.*

Tollitur per ſolam diſpenſationem à legitimo ſuperiore obtentam, abſque alia abſolutione, vt ſupra dictum eſt *l 4. c. 7. qu. 21.*

128 *Quis valet diſpenſare in irregularitate ex ſupra relatis defectibus, & delictis contracta?*

In irregularitatibus tum ex defectu, tum ex delicto prouenientibus ſolus Papa iure ordinario diſpēſat. Quia irregularitates iure Eccleſiaſtico vniuerſali ſunt conſtitutæ,

in

in quo nemo inferior Summo Pontifice poteſt diſpenſare.

Dixi iure ordinario, quia ex priuilegiò Trid. *ſeſſ. 24. c. 6* Epiſcopi etiam poſſunt diſpenſare ſuper omni irregularitate, proue. n ente ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Auil. *p. 7. diſp. 10. d. 6.*

Occultum autem cenſetur, quod non eſt deductum ad forum contentioſum. Nau. *in man, c. 27. num. 254.*

129 *Quid praterea requiritur in eo, qui vult Subdiaconus ordinari?*

Requiritur examen, & approbatio; quod examen licèt ſpectet ad proprium Epiſcopum poteſt tamen, & aliquando fieri ſolet etiam ab Epiſcopo, cui Ordinandus à ſuo Ordinario examinatus, & approbatus dimittitur; ſicuti tradunt Bonac *de ordin. p. 4.* & Quaranta *V ordo* ille Mediolani, hic Neapoli teſtans ita ſeruari.

Requiritur præterea, vt peccatorum ſuorum confeſſionem inſtituat; ſicquè dignè ſe præparet ad ſanctam Euchariſtiam percipiendam. Sacras demum veſtes, ſcilicet Amictum Albam, Cingulum. Tunicellam, & Manipulum, nec non candelam offerendam ſecum ferat, opus eſt.

130 *Peracta ordinatione, quid imponitur Subdiacono faciendum?*

Epiſcopus imponit illi, vt recitet Nocturnum officij eius diei, idque ſeparatim ab officio Diuino, quoad incipere debet ab horas reſpondente tempori, quo Subdiaconatus charactere inſignitus eſt, videlicet à

Nona,

Nona, iuxta Laym. *l.4.t* 1.*c.6.* etiamſi antea eam officij partem recitauerit. Quia non recitauit vt publicus Miniſter. Bonac *de horis can. d* 1 *qu.2 p.3.nu* 9.

131 *Subdiaconus teneturnè recitare ſub mortali nocturnum, ab Epiſcopo, in eius ordinatione ſibi impoſitum?*

Affirmant Dian & Bonac. apud Tambur. *de ſacram.ord.l.7.c.3* §.4. *n.2.* Sed tam ſeuera obligatio ex nullo capite adeſſe conuincitur, puta. nec ex iure, nec ex Pontificali, iuſſu Clem. VIII edito. Sanch. *lib 7. conſil. cap.2. dub.2 num.6.* Tambur. *cit.*

DE DIACONATVS ORDINE.

CAP. XXII.

PRÆFATIO.

PRoximiorem ſacerdotio gaudum ſibi ſtruit Diaconorum, ſiue Leuitarum Ordo, quo, ex primaua contracta culpa formidinem pœna hilari Euangelij nuncio Diaconus expellit. Hocce charactere decorandus qua vita honeſtate, ac puritate in Eccleſia Chriſti deſeruire, ac prælucere debeat, tum ipſum Leuitæ nomen, quod latinè ex populo aſſumptum, ac

electum

electum ſignificat, tum miniſterium ipſum; quod in Eccleſia ſanctius, quàm ſubdiaconi functio, habitum eſt, ſatis declarat. Hoc ſacrò exornandus ſignaculo, & prouectiorem habeat ætatem, maioremquè morum grauitatem præſeferat, neceſſe eſt. Nec quilibet in ea ætate conſtitutus in hunc Ordinem aſſumendus eſt, ſed qui per annum in Subdiaconatus miniſterio laudabiliter ſe geſſerit, quemque altiori intelligentia, virtutum ſpecimen, ceteraque probitatis vitę teſtimonia, Diaconatus honore dignum oſtenderint. Præterea cùm quorumdam Sacramentorum adminiſtratione, verbique Dei prædicatione interdum Diacono perſungiendum ſit. (Siquidem Diacono traditur Euangelij liber, non vt illum tantùm legat, ſed etiam vt imterpretetur, & fidelibus euulget) idcircò præter latini ſermonis, & cenſurarum intelligentiam, quæ & Subdiacono neceſſaria eſt, altioris ſcientiæ cognitione præditum eſſe oportet. Cuiuſmodi eſt, quæ ad Sacramentum Eucharistiæ, & Euangelij explanationem pertinet. Latere enim Diaconum non debet in ſacra ordinatione ad labores deputati, quibus ne animo frangatur, ſtola, quaſi ſacra facia premunitur. Ceterùm ſi obuia directionis Diaconus non ſegniter ſe crediderit, in litterarij examinis itinere non deuiabit.

1 *QVid ſignificat hoc nomen Diaconus?*
Diaconus ſignificat Miniſtrum, quia miniſter eſt Sacerdotis, & certum habeat officium in Altari miniſtrandum.

2 *Diaconatus eſt ne Ordo?*

Diaconatus eſt Ordo, inter maiores, & ſacros ſecundum tenens locum.

3 *Diaconatus quando fuit inſtitutus?*

Inſtitutus fuit in vltima cœna à Chriſto Domino; cum corpus, & ſanguinem ſuum Diſcipulis miniſtrauit.

4 *Quænam eſt materia Ordinis Diaconatus?*

Duplex eſt materia huius Ordinis remota, & proxima. Remota eſt liber Euangeliorum, & impoſitio dexteræ manus ſuper caput Diaconi. Proxima eſt traditio eiuſdem libri cum actuali impoſitione dexteræ manus.

5 *Qui tactus requiritur huius materiæ?*

Laudabilior, & ſecurior eſt tactus phyſicus, ſufficit tamen moralis, vt dictum eſt de tactu materiæ aliorum Ordinum.

6 *Non videtur liber Euangeliorum materia huius Ordinis, quia initio Eccleſiæ non extabat liber Euangeliorum?*

Initio Eccleſiæ porrigebatur pagina, ſiue chartula, in qua ſcripta erant myſteria Chriſtianæ fidei, quæ deſeruiebat pro libro Euangelij Pallaus *de Ord. diſp. vnic. pun.* 4. *nu.* 11.

7 *Materia huius Ordinis cùm ſit duplex, liber Euangeliorum, & impoſitio manus, vtra eſt dignior?*

Traditio libri Euangeliorum cenſetur dignior, & in ipſa imprimitur character. Imò impoſitionem manus non eſſe de eſſentia, tradit Nugnus *q.* 37. *art.* 1. Contrarium ex Scriptura, & Patrum traditione colligit Laym. *de Sacr. Ord. cap.* 5. *num.* 2.

8 *Quæ-*

8 *Quænam eſt forma Ordinis Diaconatus?*

Forma huius Ordinis ſunt verba ab Epiſcopo prolata, cum ordinando tradit materiam, *Accipe poteſtatem legendi Euangelium, tàm pro viuis, quàm pro defunctis.*

9 *Quinam eſt Miniſter Ordinis Diaconatus?*

Miniſter huius Ordinis eſt Epiſcopus reſpectu ſuorum ſubditorum, & etiam aliorum, qui muniti ſunt facultate ſuorum Ordinariorum.

10 *Si quis Ordines reciperet ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij, quam pœnam incurreret?*

Qui culpabilter & mala fide Ordines reciperet ab alieno Epiſcopo ſine licentia, vel dimiſſorijs proprij, ſuſpenderetur ab Ordine, quandiù Epiſcopo proprio videretur expedire. Trid. *ſeſſ.* 23 *de reform. cap.* 8.

11 *Quis eſt effectus Ordinis Diaconatus?*

Duplex eſt effectus huius Ordinis, videlicèt gratia tum habitualis, ſanctificans, vel magis ſanctificans ſuſcipientem, niſi ponat obicem, tum actualis, ad rectum vſum Ordinis ordinata. Vide S Thom. 3. *par. qu.* 62. *art.* 1.

Secundus effectus eſt character, quo in Diaconum ordinatus recipit poteſtatem legendi, ſeu cantandi Euangelium, præmiſſo *Dominus vobiſcum*: & inſuper miniſtrandi quædam Sacramenta.

12 *Quid ſignificat hoc nomen Euangelium?*

Euangelium ſignificat bonum nuncium diuinæ gratiæ, per Chriſtum Dominum humano generi collatæ.

13 *Quid ſibi vult illud*, Dominus vobiſcum?

Significat Dominus in vobis maneat, cum largitione ſuæ gratiæ.

14 *Cur Diaconus, cùm canit Euangelium, dicit Dominus, & non Deus vobiſcum?*

Epitheton Deus reſpicit creationem, Dominus gubernationem rerum creatarum. Diaconus itaque, cum legit Euangelium, non dicit Deus, ſed Dominus vobiſcum, ad ſignificandum, quòd Euangelium eſt lex ad regimen, & ſalutem hominum lata & vt lex Domini ab adſtantibus debet audiri.

De Officio Diaconi.

CAP. XXIII.

15 *Quid eſt officium Diaconi?*

Officium Diaconi eſt quadruplex. Primum, Euangelium in Miſſa ſolemni canere. Secundum, inſeruire immediatè Sacerdoti. Solemniter celebranti. Tertium, ex commiſſione Sacerdotis, ſcilicèt Parochi, in aliquo caſu adminiſtrare ſolemniter Sacramentum Baptiſmi, & Euchariſtiæ. Quartum, Euangelium, ſi opus eſt, & ſacerdos abſit, populo explicare.

16 *Diaconus exercet recenſita munera in*

ſtatu

ſtatu peccati, delinquitne mortaliter?

Diaconus, ſi Sanctam Euchariſtiam in ſtatu peccati diſpenſet, vel Sacramentum Baptiſmi ſolemniter miniſtret, mortaliter delinquit Quia eo caſu eſt Sacramenti miniſter, ad id ex officio deputatus.

Miniſtrando verò in ſolemni ſacrificio; etſi reuera huiuſmodi functio non ſit alicuius ſacramenti miniſtratio, vel receptio, ac proinde venialis culpæ dumtaxat miniſtrantem damnent. Valent 3.*p.d* 9.*qu*.1 *p*.4. *ad* 4. Coninch 3.*p.q*.64.*a*. 6 *d*. 1.*n*.40. Card. de Lugo de Sacr. *d*. 8. *ſect*.9. *n*.153.

Nihilominus multò tutius eſt, & in praxi ſeruandum, vt Diaconus ſe ad tantum miniſterium per confeſſionem, vel ſaltem cõtritionem diſponat. Quod colligitur tum ex D. Paul. 1.*ad* Timot.3. vbi videtur præcipere, vt Diac ſine crimine miniſtrẽt: & ex *c.fin.de tẽp.ord*. Tũ quia ita tenent multi, & graues DD Adr. Cai. Syl. Nau. Med. Ang. Tol. & alij.

Certè in ſpeculo exempl. di. 9 exempl 118. *narratur de Diacono, qui in quadam feſtiuitate coram Carolo Magno ſolemni ſacra miniſtrans, poſtquam pręcedenti nocte mulierculę impudicis amplexibus fœdatus fuerat, cùm Euangelium cantare pręſumere, & poſtea manibus impuris myſterijs ſacris iuxta ſui miniſterij Ordinem miniſtrare, dum verba ſacra proferret, Aranea de ſuper á laquearibus Oratorij ſe per filum ſuum ſemel, ſecundò & tertio ſuper caput eius dimittens, tertia demum vice caput obſcænum pupugit, & ſine mora miſerum extinxit, Cuius pęna grauitas præ-*

fectò videtur grauamen culpæ arguere in illa actione.

17 *Quo in caſu licet Diacono ſacramentum Euchariſtiæ in Eccleſia miniſtrare*.

Quotiès proprius Sacerdos, vel alius Preſbyter abſint, vel ob infirmitatem, excommunicationem, vel communicandorũ multitudinem impediti ſint, Diaconus ex commiſſione Sacerdotis, ſcilicèt Parochi, poteſt, ſi neceſſitas premat, licitè Sanctam Euchariſtiam miniſtrare. S. Thom 3. *p*. *q*. 82. *art*. 3 *ad* 1. Coninch Suar. Henriq. quos citat, & ſequitur Layman *lib*. 5 *tr* 4. *c*. 7 *num*. 2.

(Nota tamen hoc tempore ob ſacerdotum copiam ferè ceſſare neceſſitatẽ tali miniſterium Diaconis committendi. Tolet. *l*. 2. *cap* 28. *num*. 1.)

18 *Peccator petit Sanctam Euchariſtiam, debetnè illi adminiſtrari?*

Peccatori publico, tàm publicè, quàm priuatim petenti neganda eſt Sancta Euchariſtia. Peccatori autem occulto, publicè petenti, negari non debet exẽplo Chriſti, qui Iudam à communione non excluſit. Secus dicendum, ſi priuatim petat, *c*. *ſi tantum 2 qu* 6. *& cap*. *ſi Sacerdos de offic*. *Ordinarij*. Suar. *diſp*. 41. *ſect* 3.

19 *Poteſtne aliquando Diaconus miniſtrare etiam Sacramentum Pœnitentię, vel Euchariſtiam conficere?*

Nullo caſu poteſt Diaconus ſanctam Euchariſtiam conficere, vel Sacramentum Pęnitentię adminiſtrare. Quia ſolis Sacerdotibus conceſſa eſt Euchariſtiam conſecrandi, abſol-

abſoluendique à peccatis poteſtas, vt ait Trid. *ſeſſ.*14 *cap* 6. *& can.* 10.

20 *Circa Baptiſmum definias, quanam ſit eius materia?*

Duplex eſt Baptiſmi materia, remota, & proxima: remota eſt aqua naturalis, proxima, ablutio per aquam.

21 *Quanam quantitas aquæ requiritur ad Baptiſmum?*

Tanta quantitas opus eſt, vt corpus, vel principalem eius partem abluere poſſit. *Valentia tom.*4 *diſp* 4.*qu.*1. *par* 2. *col.*2.

22 *Quid, ſi quantitas aquæ eſſet modica, puta duarum, vel trium guttarum?*

Non eſſet ſufficiens ad valorem Baptiſmi, præſertim ſi non flueret: nam ſic homo nõ diceretur ablutus, cũ aqua per corpus, vel per aliquam eius partem, ſucceſſiuo fluxu decurrere debeat. Sot. Zumbranus, Suar. Valent. *ll. cc.* Alij tamen affirmatiua ſuſtinent. Vide Dian, 3. *p. tr.*5 *reſ.*5.

23 *Quanam corporis pars ablui debet?*

Abluendum eſt caput: quia hæc eſt præcipua corporis pars, in qua ſenſus, & ratio vigent S Thom. 3.*p. qu.* 98. *art* 11.

24 *Quid de Miniſtro, qui iteraret Baptiſmum?*

Qui abſolutè, feriò, & ſcienter rebaptizaret infantem, præter culpam mortalem, contraheret irregularitatem; ſecus dicendum, ſi ex ignorantia, vel inaduertentia nõ craſſa, vel ſub conditione iteraret Baptiſmum in caſu dubio. Laym *l* 1.*t.*5 *p* 5 .*c.* 3.*n.*1.

25 *Quanam eſt forma Sacramenti Baptiſmi?*

Forma Sacramenti Baptiſmi eſt hæc. *Ego te baptizo in nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti* : cuius formæ verba omnia ſunt eſſentialia , præter *Ego*. Trident. *ſeſſ. 7. cap.4.*

26 *Baptizans mutat verba formę , confertnè validè Baptiſmum?*

Si mutatio formæ ſit ſubſtantialis , quia variatur ſenſus formæ , inualidus redditur Baptiſmus. Si verò ſit accidentalis,quia ad huc ſaluatur ſenſus formæ , illicitum quidem , ſed tamen validum iudicandum eſt ſacramentum , Vide ſupra de Sacram. in gen. *cap.4. quæſt.3. &* 4.

27 *Quęnam intentio requiritur ex parte Miniſtri , ad Sacramentum Baptiſmi conficiendum?*

Optima eſt intentio explicita , & actualis : ſufficit tamen intentio virtualis,& implicita,etiam generalis,faciendi,quod Chriſtus inſtituit,vel vera Eccleſia facit Bonac. *de Sacr.diſp.1 qu 3.p.2.*

Quid autem ſit intentio actualis,vel virtualis . Vide ſupra de Sacram. in gen. *cap. 7. quęſt. 24.*

28 *Si miniſter ita eſſet peruerſus,vel baptizaret hominem ſinę neceſſaria intentione,quid fieret de illo homine, ſi id ignorans moreretur?*

Vel iſte homo moreretur infans , vel adultus, ſi infans , priuaretur æterna beatitudine : quia Baptiſmus in re reſpectu infantium eſt medium neceſſarium ad ſalutem.

Si verò è viuis excederet adultus , ſaluaretur:

retur: dummodo chriſtiané vixiſſet: quia reſpectu adultorum, quando ob iuſtum impedimentum non poteſt ſuſcipi Baptiſmus in re, ſufficit Baptiſmus in voto, qui continetur in actu fidei, contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia. Filliuc. *cap. 4. qu. 8.*

29 *Cur Baptiſmus vocatur ianua omnium Sacramentorum?*

Quia in ſuſceptione Baptiſmi præter primam gratiam, quæ ſanctificat animam, confertur character, quo homo redditur aptus ad recipienda alia Sacramenta.

30 *Quot patrini admittendi ſunt in adminiſtratione Baptiſmi?*

Vnus tantùm, ſiue vir, ſiue fœmina; vel ad ſummum vnus, & vna. Conſuetudo autem admittendi plures viros, vel fœminas, ſi quo in loco inoleuit, corrigenda eſſet. Trid. *ſeſſ* 24. *cap* 2. *de reform.*

31 *Ex Sacramento Baptiſmi quæ cognatio contrahitur, & inter quas perſonas?*

Contrahitur cognatio ſpiritualis inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq; patrem, & matré, & ſimiliter inter ſuſceptores, & ſuſceptum, ſuſceptiq; patrem & matrem. Quæ cognatio impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit contractum inter dictas perſonas ſpirituali cognatione coniũctas, quando eiuſmodi cognatio matrimonium præceſſit. Sanch *lib. 7. de matr. diſp.* 54.

32 *Ad contrahendam hanc affinitatem quod requiritur ex parte patrini?*

Requiritur primùm intẽtio obeundi munus patrini; deindè contactus phyſicus, vt

ſcilicet verè, & realiter infantē teneat, vel tangant, dum ſolemniter baptizatur infans Idem Sanch. *l. 7. diſp. 56. n 4.* ex communi.

De Euangelij Explicatione, quæ aliquando Diacono incumbit.

CAP. XXIV.

PRO DOCTORIBVS, SEV CANDIDATIS THEOLOGIÆ.

33 *Cùm ſit Diaconi Euangelium non tantùm legere, ſed etiam explicare populo, ſi opus ſit, & Sacerdos abſit, velim mihi aperias, quot ſint Euangeliorum præcognoſcendi, ac explanendi ſenſus?*

Duplex eſt cuiuſque Euangelij ſenſus alter litteralis, ſiue hiſtoricus; alter ſpiritualis, ſiue myſticus.

34 *Explica quis ſit ſenſus litteralis, quiſquè myſticus?*

Senſus litteralis eſt, qui proximè, ſeu immediatè ſignificatur per ipſa verba, ſiue ſint verba propria, ſiue tranſlata, Myſticus verò, qui non ſignificatur proximè per ipſa verba, ſed per rem ipſis verbis ſignificatam S. Thom. *1. par. qu. 1. art. 10.*

35 *Myſticus admittitne aliquam ſubdiuiſionem?*

Myſticus ſubdiuiditur in trimembrum, vide-

videlicet in ſenſum allegoricum, anagogicum, & moralem, ſiue tropologicum, iuxta triplicem virtutem theologicam, Fidem, Spem, & charitatem.

36 *Expone ſingulorum ſenſuum ſignificationem?*

Senſus allegoricus reſpondet virtuti Fidei, & tunc eſt, quando verba Euangelij, præter ſenſum litteralem, ſignificant aliquid, quod pertinet ad fidem, ideſt, ad Eccleſiam militantem, quæ ambulat per fidem, tendens ad viſionem.

Anagogicus reſpondet virtuti Spei, & tunc eſt, quando verba Euangelicæ Parabolæ, præter ſenſum litteralem, aliquid ſignificant, quod pertinet ad Spem, hoc eſt ad Eccleſiam triumphantem, vel vitam æternam, quam ſperamus.

Moralis reſpondet Charitati, & tunc eſt, quando Euangelica verba, præter ſenſum litteralem, aliquid ſignificant quod pertinet ad charitatem, nimirum ad inſtructionem morum, & officia charitatis. Becan. *tom. 1. de virt. Theol. cap. 3. quæſt. 3. num 3.* ex S. Thom. *cit.*

37 *Reperiturne in vnoquoque Euangelio multiplex ſenſus explanandus?*

Litteralis. & vnus myſticus ſemper reperitur, à Chriſto Saluatore intentus S. Tho. *l. c.*

38 Obiectio Matth. 5. 30. *habentur hæc verba*. Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eam, & proice abs te: *Igitur ſi quodlibet Euangelium admittit ſenſum litteralem, manum, & pedem abſcindere*

oporteret, quoties eorum adminiculo aliquod peccatum committitur?

Aliquando verba Euangelij accipienda ſunt propriè, aliquando traslatè, ſiue metaphoricè; ſi nulla generetur abſurditas, accipienda ſunt in ſenſu litterali proprio; ſi ſecus ſumēda ſunt in ſenſu litterali translato Modo verba Matth & alia eiuſmodi ſumenda ſūt translatè; vt ſenſus ſit, ſi amicus vel proximus tuus abducit te à Deo, debes eum abs te arcere. Becan. *loc c.q.*4. ex S.Th.

39 *Sicut Euangelica hiſtoria habet duplicem ſenſum, litteralem proprium, & translatum, habetnè etiam plures myſticos?*

Sæpè plures habet, & ſingulos à Chriſto Saluatore intentos: vt licèt videre in voce *Hieruſalem*. Nam illa vox litteraliter ſignificat Vrbem Palæſtinæ: allegoricè Eccleſiam militantem, anagogicè Eccleſiam triumphantem: moraliter animam hominis in hac vita.

40 *Quo præcipuè ſenſu Euangelij verba explicanda ſunt populo?*

In ſenſu myſtico, & præſertim morali, qui eò ſpectat, vt homines retrahantur à vitijs, & inflammentur ad virtutes.

41 *Licetnè aliquando vti ſententijs Euangelicis per accommodationem?*

Licitè id præſtari probat frequens vſus Patrum, & Concionatorum, modò piè, & prudenter id agatur ſine vlla falſitate, vel abſurditate Sic Chriſtus Matth. 15.8 illud Iſaiæ *Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longè à me eſt*; quod intelligitur de

de Iudæis, qui erant tempore Iſaiæ, accomodauit Scribis & Phariſæis ſui temporis. Vide Vaſq. 1. p diſp. 14. cap. 1.

42 *Cùm explicando Euangelio, ſæpenumero neceſſe ſit vti auctoritate ſacræ Scripturæ, quæro, quid, nomine ſacræ Scripturę, intelligendum ſit?*

Nom ne Sacræ Scripturæ intelliguntur libri canonici tum veteris, tum noui teſtamenti, qui relati ſunt in canonem, ſeu catalogum ſcripturæ, tamquam diuini, ſeu à Deo inſpirati.

43 *Quinam ſunt hi libri, qui relati ſunt in canonem, ſeu catalogum ſcripturę, tamquam Diuini, & á Deo inſpirati?*

In Canonem, quo vtitur Eccleſia Catholica, relati ſunt iſti, hic digeſti, ac diuini libri veteris teſtamenti.

Legales V.

Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium.

Hiſtorici X IX.

Ioſue, Iudicum, Ruth, Regum IV Paralipomenon II. Eſdræ IV. Tobias, Iudit, Eſter, Iob, Machabeorum II.

Sapientiales VI

Pſalterium, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Sapientia, Eccleſiaſticus.

Prophetici X VII.

Iſaiſas, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Hoſeæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Mi-

Michæas, Hahum, Habacuch, Sophonias, Haggæus, Zacharias, Malachias.

Libri veró noui Teſtamenti ſunt iſti, eodem modo diuiſi.

Legales IV.

Euangelium Matthæi, Euangelium Marci, Euangelium Lucæ, Euangelium Ioannis.

Hiſtorici.

Acta Apoſtolorum, congeſta à D. Luca.

Sapientiales XXI.

Epiſtolæ D. Pauli XIV. ad Romanos, ad Corinthios II. ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Thaſſalonicenſes II. ad Timotheum II. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Epiſtolæ D. Ioannis III. D. Petri II. Iacobi I. Iudæ I.

Prophetici.

Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli.

Hi omnes enumerati Scripturæ libri haberi debent canonici, & à Deo inſpirati, quos in fide, & moribus poteſt quilibet ſequi, & in concionando vti. Vide Concil. Trident *ſeſſ.* 4.

44 *Quænam ætas prærequiritur ad Ordinem Diaconatus?*

Requiritur ætas viginti trium annorum, vt ſcilicet ad hunc Ordinem promouendus attigerit

tigerit vigeſimum tertium annum. Trid. *ſeſſ. c.* 12. Nec Epiſcopus valet ſuper hæc ætate diſpenſare, neque ad promouendum, neque ad exercendum cum promoto. Barboſa ſuper Trid, *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *nu.* 2.

45 *Quomodo computanda eſt hęc ætas?*

Computanda eſt non à die conceptionis, vel ſuſcepti Baptiſmi, ſed à die natiuitatis, Barboſa *cit. c.* 12. *n.* 3.

46 *Quid, ſi quis ordinaretur ante hanc ætatem?*

Si ordinaretur bona fide, quia probabiliter credidit ſe attigiſſe eam ætatem, nullã contraheret pœnam, ſecus ſi mala fide, & ſcienter, nam tunc ipſo facto ſuſpenſionem incurreret, & ſi deinde miniſtraret in Ordine ſuſcepto, fieret irregularis ex violatione cenſuræ: ſicuti conſtat ex *c. Apoſtolicæ de cleric. excommun. miniſtrante.*

47 *Idemne dicendum de eo, qui furtiue per dolum, aut per ſaltum Diaconus initiaretur?*

Idem prorſus dicendum: nam & iſte incideret in ſuſpenſionem ipſo iure, & exercendo actum Ordinis, irregularitatem contraheret, ob violationem cenſuræ. Laym. *lib.* 1. *t.* 5. *p.* 6. *cap.* 3. *num* 4.

48 *Quid de ordinato per ſimoniam?*

Ordinatus per ſimoniam ipſo facto manet ſuſpenſus ab Ordinibus ſic ſuſceptis, à qua ſuſpenſione, qui ſcienter eam contraxit, diſpenſatur ſolùm à ſummo Pontifice. Cùm eo verò, qui ignorauit commiſſam fuiſſe ſimoniam, diſpenſare poteſt Epiſcopus. *cap. ex multis* 1. *q.* 3. *Gloſ. ibid.*

49 *Quid*

49 *Quid eſt ſimonia?*

Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali rem ſpiritualem, vel ſpirituali adnexam; eſtquè ex ſuo genere peccatum mortale, cuius malitia conſiſtit in irreuerentia, quæ committitur, dum res ſpirituales inſtar temporalium prætio æſtimantur. Laym *l.* 1. *tr.* 10. *cap.* 8.

50 *Diaconus ſuſpenſus ab actu ſui Ordinis ſi exerceat miniſterium inferioris Ordinis, v. g. Subdiaconatus, euaditne irregularis?*

Suſpenſio à ſuperiore Ordine non comprehendit inferiorem, benè tamen vice verſa. Propterea Diaconus ſuſpenſus, vt ſupra, poſſet exercere actum Subdiaconatus Ordinis, abſque alia nota irregularitatis, Henriq. *de ſuſpen cap.* 32.

Quid, & quotuplex ſit irregularitas, & quomodo tollatur, vide ſupra *cap.* 20. *quæſit.* 116. & 117. de Subdiaconatus Ordine.

51 *Quis valet diſpenſare in irregularitate contracta ex Ordinis abuſu?*

Si delictum ex Ordinis abuſu deductum ſit ad forum contentioſum, vel alias ſit notorium ſolus Papa diſpenſat. Si verò ſit occultum, quod tale cenſetur quamuis à tribus, vel quatuor in occulto ſciatur, Epiſcopus ex Tridentini priuilegio diſpenſare cum ſibi ſubditis non prohibetur, ſicuti ſupra dictum eſt ex Nauarra *cap.* 27. *num.* 257.

52 *Quænam ſunt onera, & obligationes Diaconi.*

Obligationes Diaconi eædem ſunt quæ Subdiaconi, videlicet, Primò, ſeruandi continen-

tinentiam perpetuam ab omni actu venereo tàm illicito, quàm licito; v g. matrimonij Secundò recitandi quotidie Officium Diuinum complectens ſeptem Horas Canonica. Tertiò ferendi Tonſuram, & veſtem nigri coloris clericalem, quæ ad talos pertingat, vanitatemquè ſæcularem non præſeferat.

53 *Quando Diaconus ſe obſtringit hiſce tribus obligationibus?*

Non contrahit hæc onera in ſuſceptione Diaconatus, ſed ſupponitur ea contraxiſſe, cùm ſuſcepit Ordinem Subdiaconatus, cui neceſſariò, adnexa ſunt predicta, onera.

54 *Diaconus, recitando Horas Canonicas, debetne premittere Dominus Vobiſcum?*

Si recitet ipſe ſolus, poteſt premittere ſi in choro, vel præſente ſacerdote, abſtinere par eſt, quia in orando debet ſe inferiorem ſacerdote cognoſcere In legendo autem Euangelio, quia ſalutat, & excitat populum ad illud audiendum, debet ſemper præmittere.

55 *Quænam preparationes requiruntur in eo, qui vult Diaconus initiari?*

Quoad animi præparationes Primò prærequiritur character, minorum Ordinum, & Subdiaconatus, in quo debet eſſe verſatus ſaltem per annum, vt ſeruentur interſtitia, iure ſtatuta, niſi aliud videatur Epiſcopo. Secundò approbatio per concuſſionem examini, inſuper ijs, quæ ad eius, obeunda munera ſpectant.

Tertiò

Tertiò conſcientiæ mundities, Sacramento Pœnitentiæ cõparata; vt dignè ſe paret ad ſanctam Euchariſtiam de manus Ordinantis ſummendam. Quartò ſacræ veſtes, præcipuè Dalmatica, & Stola, quibus induendus eſt ab Epiſcopo, vna cum candela offerenda.

56. *Diaconus ſolemniter adminiſtraturus Sacramentum Baptiſmi, & Euchariſtię quibus veſtibus vti debet?*

Vti debet Superpelliceo albo, & mundo cum Stola ex tranſuerſo, deducendum illam ab humero ſiniſtro ſub dexterum brachium.

57. *Suſcepti Ordinis ſi nunquam exerceat actum, cuius criminis damnandus eſt Diaconus?*

Si hæc Synodalium conſtitutionem tranſgreſſo iuncta ſit cum ſcandalo, & contemptu, non vacat culpa mortali: iſti ſecluſis, non excedere malitiam venialem arbitratur Nugnus 3 *par. quæſt.* 82. *art.* 10. §. 1. *ad confirm.*

Quia nec ex ſubiecta materia, nec ex adiuncta pœna poteſt colligi mentem Eccleſiæ ſeueriùs obligare.

DE

DE PRESBYTERATVS ORDINE, ET DIGNITATE.

CAP. XXV.

PRÆFATIO.

Sacrorum Ordinum complementum, eorumdemquè ſummus, & vltimus eſt Presbyterorum gradus, quorum miniſterium cùm res planè Diuina ſit, diuinos penè depoſcit miniſtros, vel ſaltem tanta morum integritate probatos, atque ea Doctrina ac litterarum ſcientia inſtructos, vt non ſolum ſuſcipere in eis præclara bonorum operum exempla, verùm etiam Chriſtianæ Fidei myſteria diuinequé legis præcepta fidelis Populus ab ipſis edoceri, ad virtutem, & pietatem excitari, á vitijſquè tandem ſedulo Studio auocari poſſit. Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent populi ex ore eius, quia Angelus teſtamenti eſt. Malach. 2. *Quomodo autem Sacerdotes alio docebunt, ſi ipſi non didicerint; quomodo lumen reliquis oſtendent ſi ipſi in ignorantiæ tenebris verſentur? Quare ſicut ad Eccleſiæ ſplendorem, & Populorum ſalutem nihil tam confert, quam ſi rerum Diuinarum miniſtri non tantùm vitæ probitate, ſed etiam ſacrarum litterarum ſcien-*

ſcientiam præditi ſint ita nihil infælicius, ac calamitoſus Eccleſiæ Dei accidere poteſt, quam ſi homines deprauatis moribus, atque littera-rum intelligentia minimè inſtructi in Sacer-dotalem Ordinem cooptari, & in tam formi-dandum miniſterium ſe intrudere, non ve-reantur. De his Dominus intelligendus eſt? cum inquit, non mittebam Prophetas, & ipſi currebant. Quo ſpectat etiam illud Oſeæ 4. Quia ſcientiam repuliſti repellam te, ne ſa-cerdotio fungeris mihi. *Huius igitur tanti of-ficij, puta Sacerdotij honorem nemo temerè ſu-mere debet, ſed ille tantùm, qui vocatur à Deo tamqnam Aron, nimirum qui illud ſan-ctitate, Doctrina, prudentia poteſt ſuſtinere. Cùm enim duo ſint Sacerdotis munera, alte-rum, vt Sacramenta ritè conficiat, ac admini-ſtret; alterum vt Populum doceat ea, quę ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem. Idcircò ſcientia non vulgaris, ſed ea in primis deſide-randa eſt quæ ad ſuſcepti muneris exercitium ſatis videri poſſit. Vt quemadmodum Saluator noſter à Patre, Diſcipuli à Chriſto Domino miſſi ſunt, ita Sacerdotes eadem, qua illi pote-ſtate præditi ad conſumationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem Corporis Chriſti, mitti videantur. Meminiſſe enim de-bent Sacerdotes, ſe conſtitutos eſſe tamquam Dei interpretes, Diuinorum miſteriorum diſ-ſpenſatores fidelis populi Duces, veritatis Aſſer-tores, ſalterrę, lucem Mundi, Eccleſię decus, cæleſtiſque Ieruſalem ianitores ſiquidem ipſis data ſunt claues Regni Cælorum. Proinde ſi-cut excellunt Ordinis; ac muneris Dignitate,*

ſic

ſit Doctrina; ac morum grauitate debent eminere ita tamen vt in ipſis ſimul colluceat Charitas, Pietas, Chaſtitas, Sobrietas, Vitę integritas, Iuſtitia, Prudentia, terrenarum rerum contemptus cœleſtiumquè deſiderium, atque amor. His enim virtutibus bonum de ſe exemplum Populis prębendo meritó poterunt appellari Reges, vt ait S. Hieronymus *cap duo ſunt 12 q 1 ideſt ſe, & alios in virtutibus regentes, in Deoquè regnum habentes; quod deſignat quam gerunt in vertice capitis corona, teſte eodem* S. Hieron. cit. cap *Alioqin quò altius erit Sacerdotalis Dignitatis faſtigium, eò grandior, ac luctuoſior erit lapſus. Vt igitur in Presbyterum inaugurandus, quę ad eius miniſterium ſpectant, facilius addiſcat animoſiusquè diſcrimen examini ſubeat, hoc ei Directorium ſufficere opere pretium duxi.*

1 Q*Vid ſignificat hoc nomen Presbyter?*
Significat eum, qui charactere, ac dignitate ſacerdotali inſignitus eſt. Vnde Presbyter idem eſt, qui ſacerdos. Sacerdos autem ita dicitur, quaſi ſacra dans vel ſacer Dux, vel ſacra docens: quia docere debet verbo ducere exemplo, & ſacra alijs dare, vt ſanctificent.

2 *Presbyteri quibus ſuccedunt in Eccleſia?*
Succedunt ſeptuaginta duobus Diſcipulis, ſicut Epiſcopi in Eccleſiaſtica Hierarchia ſuccedunt Apoſtolis, non quidem in Apoſtolatu, ſed in Epiſcopalis Ordinis dignitate. Bellarm. *lib 4. de Pont. cap. 24.*

3 *Quid eſt Eccleſiaſtica Hierarchia?*

Eſt

Eſt Sacer Principatus,ſeu ordinata poteſtas maiorum, & minorum Prælatorum in Eccleſia.

4 *Quotuplex eſt Eccleſiaſtica Hierarchia?*

Duplex,altera maiorum,altera minorum Prælatorum. Priorem,& altiorem gradum tenet Romanus Pontifex: deinde Cardinales, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi. In poſteriori, & inferiori Hierarchia collocantur reliqui Sacerdotes, & inferiores Miniſtri.

5 *Quid eſt Presbyteratus?*

Presbyteratus eſt ſacer Ordo,imò ſacrorum Ordinum complementum,in quo traditur ordinato poteſtas tum conficiendi, & fidelibus diſtribuendi Corpus,& Sanguinem Chriſti, tum abſoluendi à peccatis Trident. *ſeſſ* 23. *can.*11.

6 *Quando, & à quo inſtitutus fuit Ordo Presbyteratus?*

Inſtitutus eſt à Chriſtò Saluatore noſtro in vltima cœna, cùm dixit. *Hoc facite in meam commemorationem* Luc. 22.

7 *Quanam eſt materia Ordinis Presbyteratus?*

Duplex eſt materia huius Ordinis, remota, & proxima: remota eſt Calix cum vino ex vuis expreſſo: & patena cum hoſtia confecta ex tritico. Proxima itidem duplex eſt, altera traditio calicis cum materia prædicta, altera impoſitio manuum Epiſcopi. Trident. *ſeſſ.* 23 *cap* 3.

8 *Debet ne ordinandus tangere hanc materiam?*

Tactus

Tactus phyſicus Calicis,& patenæ in Sacerdotio eſt omninò ſeruandus; alioquin eſſet graue periculum nullitatis Ordinis,& conſequenter nullitatis Sacrificij: Ideòque iteranda eſſet ordinatio. Vide Tambur. *de Sacram Ordin lib.7 cap.3 §. 2. nu.9. &* plures alios DD. apud ipſum.

9 Quænam eſt Ordinis Presbyteratus forma?

Duplex eſt Ordinis Presbyteratus forma, ſicut duplex eſt materia. Prioris materiæ forma ſunt iſta verba ab Epiſcopo prolata. *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium, tam pro Viuis, quam pro Defunctis*, Altera partialis forma continetur his verbis. *Accipe Spiritũ Sanctum, quorum remiſeris peccata, &c.*

10 *Quæ poteſtas confertur Sacerdoti per poſteriorem formam, hoc eſt per acceptionem Spiritus Sancti?*

Confertur Sacerdoti poteſtas,& facultas ligandi,& abſoluendi à peccatis, quæ poteſtas; cùm ſit tantùm habitualis, non diſtinguitur à peteſtate Ordinis.

11 *Presbyter eo ipſo, quod eſt ordinatus in Sacerdotium, poteſtne ſtatim abſoluere, & ligare?*

Non poteſt, quia licèt Sacerdos in ſacra ordinatione recipiat poteſtatem ligandi,& abſoluendi, vt ſupra dictum eſt, tamen illa poteſtas, extra mortis periculum, remanet ligata,& impedita quo ad vſum, donec per approbationem,& conceſſionem Eccleſiæ, ſeu Superioris Eccleſiaſtici relaxetur. Trid. *ſeſſ.14. cap.7,*

12 *Quo-*

12 *Quotuplex eſt, & in quo conſiſtit hæc poteſtas Sacerdotalis?*

Duplex eſt poteſtas ſacerdotalis, altera Ordinis, quæ conſiſtit in charactere ſacerdotali, & refertur ad conficiendum corpus, & ſanguinem Chriſti: altera iuriſdictionis actualis, quæ datur ſacerdoti per externam conceſſionem Eccleſiæ. & refertur ad ligādum & abſoluendum in foro Sacramentali Pœnitentiæ S. Tho. 3 *p. q.* 17. *a.* 2. *ad* 2. Vide ſupra de ſacram in gen. *cap.* 7. *n.* 6 *quæſt.* 30.

13 *Quando datur Sacerdoti hæc duplex poteſtas?*

Poteſtas Ordinis confertur in ſacerdotali ordinatione: poteſtas autem iuriſdictionis actualis datur, cùm Epiſcopus, vel eius generalis Vicarius, præmiſſo examine approbat, & duputat ſacerdotem ad audiendas confeſſiones: quam iuriſdictionem Confeſſario approbato dare poteſt etiam quiuis Parochus in ſua Eccleſia.

14 Obiectio *Peccator per actum contritionis obtinet remiſſionem Peccatorum, vt patet* Ezech. 13. 11. *Ergo non indiget Sacerdote qui ipſum abſoluat?*

Poſt Sacramenti Pœnitentiæ inſtitutionem iuſtificatus per contritionem adhuc tenetur oblata opportunitate, confiteri ſua peccata ſacerdoti: quia contrio non remittit mortalia niſi in ordine ad ſacramentalem cōfeſſionem. Suar. *to* 4. *diſp.* 17. *ſect.* 2. & Doctores omnes.

15 *Quid in articulo mortis?*

Quilibet ſacerdos, etiam excommunicatus

catus & hæreticus, vocatus, vel reperiens aliquem in articulo, ſeu periculo mortis conſtitutum (ſacri enim canones pro eodē ſumunt articulū & periculum mortis) qui abſolutione indigeat poteſt eum abſoluere ab omnibus peccatis, cenſuris, & caſibus etiam Papæ reſeruatis. Trid. *ſeſſ. 14 cap 6 & ex c. ſi quis ſuadente 17 qu 4. n. 4 q. 23.*

16 *Quando nam cenſendus eſt quis conſtitutus in articulo; ſeu periculo mortis?*

Quando probabiliter illi mortis periculum imminet ſiue à cauſa interna, v. g. ægritudine graui, ſiue externa, vt naufragio, incendio, hoſtium aggreſſione.

17 *Quid, ſi Sacerdos non approbatus à peccatis abſoluat extra neceſſitatis caſum?*

Abſolutio neque licita, neque valida eſt ob defectum approbationis, & iuriſdictionis præterquam ſi concurrat tum error communis populi, exiſtimantis talem ſacerdotem præditum eſſe facultate; tum titulus præſumptus, ſi videlicèt talis ſacerdos audiendis confeſſionibus, expoſitus ſit à Parocho: nam tali caſu Eccleſia ſupplet iuriſdictionis defectum. Laym. *l. 1. tom. 4. cap. 22 n 8. & 9.*

18 *Simplex Sacerdos in caſu neceſſitatis abſoluit pœnitentem à reſeruatis, vel ab excommunicatione, quid illi imponet, ſi conualuerit?*

Propter caſus reſeruatos nihil eſt imponendum: propter excommunicationem verò præcipiet pœnitenti, vt ceſſante impedimento, Superiori ſe præſentet: alioquin

quin reincidit in eandem excommunicationem. *C. eos de ſent. excom. in 6.* Vide ſupra de Sacram in gen. *cap.3. quaſ. 33.*

19 *Cur adire debet Superiorem ob excommunicationem, non autem ob cauſam reſeruatum?*

Debet ſic abſolutus adire ſuperiorem ob excommunicationem, non vt iterum abſoluatur, cùm fuerit verè abſolutus, ſed vt obediat mandatis Eccleſiæ: ob caſus verò reſeruatos nihil præcipitur; quia in articulo mortis ceſſat omnis reſeruatio Trident. *ſeſſ. 14. cap.7.*

20 *Sacerdos ſimplex vocatus audit confeſſionem in articulo mortis conſtituti, cùm facilè vocari poſſit Confeſſarius approbatus, validè ne abſoluit?*

Neque licitè, neque validè abſoluit: quia in abſentia tantùm ſacerdotis iuriſdictione præditi, ne quis tali occaſione pereat (ait Trid. *ſeſs.24.c.7.*) conceditur ſacerdoti ſimplici facultas abſoluendi in mortis articulo: Ergo ceſſante tali neceſſitate, abſoluere nõ poteſt. Sanch *l.2. moral.c.13.nu.7.* Oppoſitam tamen ſententiam alij ſuſtinet. Vide Dian. *3.p.t.4 reſol.57.*

21 *Sacerdos ſimplex incepit audire confeſſionem in articulo mortis conſtituti, interea ſuperuenit Parochus, vel approbatus debet ne illi cedere locum?*

Sá in Aphor. v. abſolutio, nu.3. tenet, quòd ſacerdos in tali caſu proſequi poſſit, & pœnitentem abſoluere. Contrariũ docet Suar. *de pen. diſp.30. ſect.3. nu.1.* quia in abſentia

tan-

tantùm habentis poteſtatem valet abſolue-
re. Prima opinio eſt fauorabilior altera,
probabilior.

22 *Sacerdos ſimplex vocatur ad lethaliter vulneratum, qui accurrens reperit illum vſu lingua deſtitutum, nullumquè dantem doloris ſignum, quid agendum in tali caſu?*

Si qui adſunt, fidem faciant, moribundum voce, vel nutibus confeſſionem petijſſe, abſolutè abſoluendus eſt: quia Deus aliam confeſſionem non exigit, quam quæ hic, & nunc eſt poſſibilis. Si non conſtet confeſſionem petijſſe, conſtat tamen chriſtianè vixiſſe, abſoluendus eſt ſub conditione. Tum quia præſumitur cõtritionis, vel attritionis actum elicuiſſe, confeſſionemquè implicitè petere. Tum etiam quia ſic conſulitur, & ſaluti extremè laborantis, & reuerentiæ ſacramenti: nam conditio nihil ponit in eſſe. Extra hos caſus nullo modo debet abſolui. Ita Homobon Molfeſ. Anton. de Lit. Bartho. de S. Fauſto, Phil. Seruius, quos ſequitur Tambur. *de exped conf. l.2. cap.* 10. Vide etiam Dian. *p* 4 *tr.4.reſ* 8 vbi admittit primum caſum, non item alterum.

23 *Qua forma vtendum eſt Sacerdoti, in abſoluendo à peccatis?*

Forma Sacramenti Pœnitentiæ conſiſtit eſſentialiter in his verbis *Abſoluo te*, ideſt, à peccatis tuis Trid. *ſeſs.22.c.3.* quæ in articulo mortis deſeruire poteſt etiam pro abſolutione à cenſuris. Satiùs tamẽ eſſet eo caſu ſic dari abſolutionem. *Ego te abſoluo à cenſuris, & peccatis.* Aliæ preces vt *Miſereatur*

tur tui, &c. *Dominus noſter*, &c. *Paſſio Domini*, &c. laudabiliter adduntur, ſi permittat tempus Suar *diſp.* 19 *ſect* 1. *nu.* 16. Bonac. *de Sacram diſp.* 5. *q.* 4. *p.* 1 *nu* 1.

24 *Quis eſt Miniſter Ordinis Presbyteratus?*

Solus Epiſcopus, ſacerdos, & conſecratus eſt miniſter Ordinis Sacerdotalis. Trid *ſeſs.* 23. *can.* 7.

Cùm noui ſacerdotes in ſacra eorum ordinatione vna cum Epiſcopo celebrante verba conſecrationis proferant, & cum eodem ſimul conſecrent, iuxta probabilem ſententiam S. Th. quam ſequitur Card. de Lugo *de Euch. diſp.* 11 *ſect* 8. Idcircò hìc eos monendos cenſui, ne verba conſecrationis finiant ante Epiſcopum. Quia tunc ipſi ſoli conſecrarent, non autem Epiſcopus, quod eſſet magnum abſurdum. Et caſu, quo Epiſcopum præuenirent, intentionem habeant non conſecrandi: ſicuti monent cit. DD.

25 *Quis eſt effectus Ordinis Presbyteratus?*

Huius Ordinis effectus duplex eſt videlicèt gratia, tum habitualis ſanctificans, vel magis ſanctificans ſuſcipientem, niſi ponat obicem: Tùm actualis ad finem Sacramenti, ſiue ad rectum Ordinis vſum ordinata.

Alter effectus eſt character, quo in Presbyterum ordinatus recipit poteſtatem conſecrandi corpus, & ſanguinem Domini, & abſoluendi à peccatis, eo modo, quo ſupra dictum eſt.

26 *Quanta ætas requiritur in eo, qui Presbyter initiandus eſt?*

Re-

Requiritur ætas vigintiquinque annorum quod intelligitur de anno incœpto. Trid. *ſeſſ.* 23 *c.* 12. In fauorabilibus enim, regulariter loquendo ſufficit annus inceptus, ſecus in odioſis. Quę ætas non computatur à die conceptionis, vel Baptiſmi. ſed à die natiuitatis. Nau. *c* 25. *num* 108. Barboſa *in* Trid *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *num* 9.

27 *Quales debet eſſe, qui Sacerdotali charactere condecorandus eſt?*

Præter bonum teſtimonium, & miniſterium in Diaconatu ſaltem per annum integrum, niſi aliud videretur Epiſcopo, debet eſſe idoneus ad docendum populum neceſſaria ad ſalutem, ad rectè peragendum ſanctum Miſſæ ſacrificium, ac adminiſtranda Sacramenta. Charitate præterea, religione, pietate animi, caſtiſquè moribus luceat, opus eſt.

Qua in re tùm Epiſcoporum, tum Examinatorum à Tridentino oneratur conſciētia; ita vt, ſi quem requiſita ſcientia minimè inſtructum, neque idoneum ad ſacerdotalem Ordinem admittant, lethalem culpam non effugiant, ob tranſgreſſionem pręcepti. Trid *ſeſſ.* 23. *cap.* 14. & quia indignis Ordinem conferunt Sylueſt. *V. Epiſcopus nu.* 10. *v.* 6. Tolet. *lib.* 6. *cap* 61. *num.* 18. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 16.

DE MVNERE

Sacerdotis circa docendum Populum neceſſaria ad ſalutem.

CAP. XXVI.

28 *Cùm munus Sacerdotis ſit docere populum: quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, quæro quænam ſint neceſſaria ad ſalutem.*

Neceſſaria ſunt Fides, Spes, Charitas, & bona opera, quidquid impiè effutiant hæretici, anathematiſati ab Eccleſia, & damnati.

29 *Quid ſcire, & credere debet quiſque fidelis, vt ſalutem conſequatur?*

Quiuis fidelis ex neceſſitate medij explicitè credere tenetur. Primò Deum eſſe, & remuneratorem vitæ æternæ Secundò myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcilicèt Deum eſſe vnum in ſubſtantia, trinum in perſonis Tertiò myſterium incarnationis, nempe Filium Dei aſſumpſiſſe naturam humanam ideòque verum Deum eſſe, & verum hominem, qui ſua morte genus humanum redemerit. Valent. *p* 4 *q*. 2. *aſſert* 3 Becan. *tr*. 1. *de Virt. theol. c*. 12. *q* 2. *n*. 9 Sanch *l* 2. *mor. c* 2. *concl*. 6. Ex neceſſitate verò præcepti tenetur explicitè credere cetera omnia myſteria in ſymbolo contenta.

Obij-

Obijcies Primò. *Multi ſunt ita rudes, vt non poſſint intelligere, quomodo in vna Deitatis natura ſint tres perſonæ realiter diſtinctæ, nec quo pacto in vna perſona, & hypoſtaſi, Verbis exiſtāt duæ naturæ, Diuina, & humana. Ergo &c.*

30 Reſp. Non requiri, vt ſciant, ſed vt credant. Nam etſi fidei prærequirat aliquā notitiam, propriè tamen conſiſtit in aſſenſu, qui non oritur ex euidentia rei, ſed ex ſola autoritate dicendi. Vide Valent. Sanchez, Becan. *ll. cc.*

Obijcies ſecundò. *Si fidei explicita myſterij Santiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Chriſti eſſet medium neceſſarium ad ſalutem, multi hominis, & maximè gentiles qui hăbent inuincibilem ignorantiam fidei, non haberent ſufficiens medium ad ſalutem quod repugnat bonitati, & prouidentiæ Dei. Ergo &c.*

31 Reſp. Fides, quam dixi eſſe medium neceſſarium ad ſalutem, poſt haberi ab omnibus adultis, etiam gentilibus, quantum eſt ex parte Dei niſi ipſimet impediant. Sequor enim ſententiam illorum, qui docent neminem ſine culpa ſua ignorare poſſe myſteria fidei, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Quod ſic explicant.

32 Homo adultus, qui nihil de fide audiuit, ſolet frequenter à Deo illuſtrari, & excitari ad obſeruantiam legis naturæ, quæ in Decalogo continetur. *Illuminat* enim Chriſtus, quantum in ipſo eſt *omnem hominum, venientem in hunc mundum*. Si obſeruet hanc legem, vlteriùs iuuatur, & promouetur à Deo, donec ad fidem, & iuſtificatio-

nem perueniat:ſi non obſeruet, meritò deſeritur à Deo S. Thom. S. Bonau. Albert. Ludou. Molin Valer Malder. Vaſq quos ſequitur Becan. *cap.12.q 1.n.11.* & eſt communis teſte Sanch *lib 2.moral.cap 2 nu 3.*

33 *Explica; quid ſit explicitè credere, & quid implicitè?*

Credere explicitè, eſt credere clarè, & diſtinctè ſaltem quoad ſubſtantiam veritatem à Deo reuelatam. Implicitè verò, eſt credere obſcurè, & in confuſo veritatem aliquam non in ſe ſed in alio vt ſi quis in rebus fidei credat infallibilem Eccleſiæ auctoritatem & conſequenter quidquid credit Eccleſia, licèt id neſciat in particulari. Laym *li.2 tr 1 cap* 8.

Quid ſit neceſſitas medij, & quid præcepti, vide ſupra de Sacram in genere cap. 1. *quæſit.*8.

34 *Præter Fidem, quid aliud neceſſarium eſt ad ſalutem?*

Neceſſaria eſt Spes, virtus diuinitus infuſa vt ſcilicèt homo bona futuræ, & æternæ beatitudinis, & media ad ea conſequenda ſperet à Deo Hæc tamen neceſſitas eſt ſoliùs præcepti. S.Thom 2.*q.* 17. *art.* 2.

35 *Sufficit ne Fides, & Spes ad comparandam ſalutem?*

Non ſufficit, ſed præter fidem, & ſpem requiritur etiam Charitas vt ſcilicèt diligamus Deum propter ſe, quod eſt primum mandatum, & proximum propter Deum, quod eſt ſecundum præceptum.

36 *Qua ratione à nobis amandus eſt Deus?*

Aman-

Amandus eſt ſuper omne bonum: ſicut traditur apud S. Matth. *cap 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis.*

37 *Quid intelligitur per illud ſuper omne bonum, uel ſuper omnia?*

Intelligitur, quòd Homo debet diligere Deum magis, quam omnes res creatas, ſecundum maiorem æſtimationem, non autē ſecundùm maiorem amoris intentionem, Sanch *moral.cap.35 n.2.* Valent *tom.3.diſp. 3. quaſt.4 punct. 1. & 2.* Laym. *lib.2.tr 3.cap. 2. num 3.*

38 *Quodnam eſt ſecundum Charitatis præceptum?*

Eſt dilectio proximi, ſicut noſtrum ipſorum; vt patet ex illo Matth. *cap.22. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.*

39 *Quis intelligitur nomine proximi?*

Nomine proximi intelligitur is, qui cœleſtium bonorum gratiæ, ſcilicèt, & gloriæ, capax eſt, & nobiſcum particeps, quales ſunt Angeli, Beati, Viatores, & Animæ in Purgatorio detentæ: non item Dæmones, damnati, creaturæ irrationales. S Thom. *2.2.qu. 25. & quaſt.44. art 7.* Laym. *cit. cap. 2. num. 6.*

40 *Quomodo accipiendum eſt illud, quod debemus diligere proximum ſicut nos ipſos?*

Accipiendum eſt non ſecundum æqualitatem: quia ordo Charitatis poſtulat, vt quiſque, ſeruata æqualitate bonorum, ſeipſum potiùs diligat, quam proximum

 ſuum;

ſuum; ſed intelligendum eſt ſecundùm ſimilitudinem, quæ in eo conſiſtit vt ſicut nobis ipſis, ita & proximis noſtris deſideremus ea omnia, quæ ad amicitiam cùm Deo pertinet, ad æternamquè beatitudinem conducunt. S. Thom. *cit.*

41 *In quo ſumma Charitatis continetur?*

In decalogo, hoc eſt, decem Dei præceptis, ſicut habetur apud S. Matth. 22 *In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ.* Vnde præter Fidem, & Spem, omninò neceſſaria eſt ad ſalutem comparandam mandatorum Dei obſeruantia, iuxta illud eiuſdem Matth. 19. *vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

DE SACROSANCTO SACRIFICIO MISSÆ.

CAP. XXVII.

42 *Quid eſt Sacrificium?*

Sacrificium, ita definitur. Eſt oblatio rei ſenſibilis, ſoli Deo facta per realem immutationem, in ſignum ſupremi ſuper res omnes dominij. Suar. *3. p. diſp. 73. ſect. 1.*

43 *Quotuplex eſt ſacrificiorum genus?*

Triplex quoad materiam, exiſtit genus. Primũ appellatur hoſtia, & eſt oblatio alicuius Animalis, vt Oues, Hœdi, Vituli, &c. Secundum vocatur immolatio, & eſt oblatio alicuius rei inanimæ, ſed ſolidæ vt panis, ſimilæ, ſalis, &c Tertium genus dicitur liba-

libamen, & eſt oblatio rei liquidæ vt ſanguinis, vini, olei.

44 *Quoad finem, admittit ne ſacrificium aliquam diuerſitatem?*

Quadruplicem admittit diuerſitatem, nam ſacrificium vel eſt latreuticum, quod ſolùm ſit ad colendum Deum, vel eſt Eucharisticum quod ſit in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, vel impetratorium, quod peragitur pro beneficijs accipiendis: vel denique eſt propitiatorium, ad reddendum Deum placatum pro peccatis, & auertendis peccatorum pœnis. Becan. *de Sacrament. cap. 24 qu 3.*

45 *Miſſa eſt ne ſacrificium?*

Miſſa eſt verum, & proprium ſacrificium imò omnium ſacrificiorum excellentiſſimum. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 1. & 2.*

46 *Vnde dicitur Miſſa?*

Miſſa eſt vox latina, deducta à miſſione Vnde illud. *Ite Miſſa eſt*: cuius ſenſus eſt: Ite ſeu redite domum, fideles iam eſt ad Deum Miſſa oblatio completaq; tota ſacra actio. Bellarm. *lib. 1. de Miſſa cap. 1. num 4.*

47 *Quomodo definitur Miſſa?*

Miſſa eſt corporis, & ſanguinis Domini conſecratio, oblatio, & ſumptio complectens orationes, & cæremonias, tum antecedentes, tùm conſequentes eiuſmodi ſacram actionem Bellarm *cit.*

48 *Ad quod genus ſacrificiorum ſpectat Miſſa?*

Ad genus Hoſtiæ, ſeu victimæ ſpectare Miſſam indubitatum eſt.

49 Obiectio. *In actione ſacrificij Miſſa*

effertur Panis, & Vinum, quæ ſpectant ad immolationem, & libamen, ut ſupra dictum eſt, ergo Miſſa non ſpectat ad Hoſtiam?

Panis, & vinum ſunt quidem materia, quæ præſupponitur ſacrificio Miſſæ, non tamen res oblata: nam res oblata eſt Chriſtus Dominus, vt exiſteus ſub ſpeciebus panis, & vini: ſiquidē vnum, & idem eſt ſacrificium incruentum Altaris, & cruentum Crucis, vt ait Trid. *ſeſſ. 22. c. 2.* Vnde ſacrificium Crucis quædam prima Miſſa fuit.

50 *Quot partes continet Miſſa?*

Tres. Prima eſt vſque ad offertorium, quæ continet orationes, & inſtructiones, & vocatur Miſſa catechumenorum Secunda pars ab offertorio vſque ad communionem, & nuncupatur Miſsa fidelium. Tertia à communione vſq; ad finem Miſſæ, & dicitur poſtcommunio, quæ continet gratiarum actionem.

51 *Quot ſunt neceſſaria in ſacrificio Miſſæ?*

Tria ſunt eſſentialiter neceſſaria, ſcilicet materia, forma, & intentio Miniſtri ſacrificantis.

DE MATERIA SACRIFICII MISSÆ.

CAP. XXVIII.

52 *Quænam Sacrificij Miſsa materia?*

Materia, quæ præſuponitur ſacrificio Miſſæ,

Miſſæ, eſt panis, & vinum. Nam materia, quæ offertur, eſt Chriſtus Dominus, exiſtens ſub ſpeciebus panis, & vini, vt ſupra dixi.

53 *Panis conſecrandus ex qua materia debet eſse confectus?*

Panis huiuſmodi debet eſſe vſualis, & communis, videlicèt ex farina triticea, & aqua naturali (saltem pro maiori parte) coagmentatus, atq; calore ignis coctus. Quare ſi maſſa ſit cruda, vel panis ſit confectus ex farina & lacte, vel oleo, aut ex aqua roſacea non erit idonea S. Euchariſtiæ materia, Suar. *3. p. qu. 74. diſp. 42. ſect. 2.* Etſi quoad aquam naturalem, alter ſentiant Caiet. *3. p. qu. 74. art. 7.* Sà *V. Miſsa n. 4.*

54 *Premente neceſſitate celebrandi Miſsam poteſt ne Sacerdos vti alio genere panis?*

Non poteſt, quia qualitas triticea eſt neceſſaria tum neceſſitate præcepti, tum neceſſitate Sacramenti; ita vt, ea qualitate variata, irrita ſit conſecratio S. Th. *q. 74. ar. 2.*

55 *Neceſsum eſt ne, vt hæc materia panis alia ſit qualitate affecta?*

Debet eſſe panis azymus, id eſt, ſine fermento: quod fermentum definitur eſſe id, quod facit conſperſionem, ſeu paſtam leuare, corruptumquè habet ſaporem, præterea debet eſſe figuræ orbicularis, & integræ ſaltem in Eccleſia Latina: nam Græci quadratam adhibent.

56 *Quo pacto neceſsaria eſt hæc qualitas?*

In Eccleſia Latina ſolùm ex precepto Eccleſiaſtico, Nam Græci de facto conficiunt in

in pane vſuali, fermentato, ac ſale admixto. S. Thom. *3. p. qu. 74. art. 4.*

57 *Quid, ſi Sacerdos Latinus conficiat in fermentato, & Græcus in azymo?*

Non effugiunt culpam mortalē. Quia ſacerdos quilibet ſub mortali tenetur celebrare, & conſecrare ſecundùm ritum ſuæ Eccleſiæ: quod adeò verum eſt, vt neque ob neceſſitatem communicandi moriturum, liceret huiuſmodi conſuetudinem variare. S. Thom. *loc. cit.*

58 *Hoſtia confecta eſt ex farina tritici, & milij ſimul permixta, cenſenda eſt ne apta conſecrationis materia?*

Modica milij, vel alterius materiæ admixtio ad multò maiorem quantitatē frumenti non vitiat conſecrationis materiam. Quia quod modicum eſt, quodammodo abſumitur à copioſiore. Secus dicendum, ſi magna fiat admixto. S. Thom. *loc cit. ad 3.*

59 *Panis eſt mucidus, & ad corruptionem proximé diſpoſitus, validé ne conſecratur?*

Validè conſecratur, ſi nondum corruptus ſit licèt ad corruptionem diſponatur: extra tamen caſum neceſſitatis adhiberi non debet: alioquin ſacrificans lethalem culpam non effugiet. Laym. *l 5. t. 4. q. 3 n. 5.*

60 *Dictum eſt de materia neceſſaria ad conficiendum Chriſti corpus, explica modò, quanam ſit materia conſecrationis ſanguinis?*

Materia neceſſaria ad conſecrationem Chriſti ſanguinis eſt vinum de vite, ſeu expreſſum ex vuis, cui modicum aquæ admixtum ſit. S. Tho. *l. c. art 5.* Addo etiam vinum

mira-

miraculoſum poſſe eſſe materiam aptam conſecrationis.

61 *Vua poſſunt ne eſſe materia conſecrationis Calicis, & validè conſecrari?*

Minimè, quia materia Calicis debet habere rationem potus; vuæ autem cibi potiùs, quàm potus rationem habent.

62 Obiectio. *Nonne in vuis vinum continetur, cur ergo non apta materia?*

Vinum continetur in vuis, tamquam pars in toto, non tamquam corpus diſcretum, contentum in vaſe continente. Laym. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 5.

63 *Agreſta, ideſt, vinum expreſſum ex vuis omninò immaturis, eſt ne apta materia conſecrationis Calicis?*

Non eſt apta materia: quia agreſta, ex vuis omninò acerbis expreſſa, nondum vini naturam conſecuta eſt.

64 *Idem ne dicendum de aceto, & aceſcente vino?*

Acetum proculdubio inualidè conſecratur: quia ſubſtantialiter corruptum vinum eſt. Ex acido verò, ſiue ſolùm aceſcente vino, quod ſcilicèt eſt in via ad putreſcendũ, cenſeo confici Sacramentum. Extra tamen caſum neceſſitatis adhiberi non debet; alioquin ſacrificans mortaliter delinqueret, ob periculum, cui ſe exponit, non conſecrandi. S.Thom. 3. *p. q* 74. *art* 3 *ad* 4. Laym. *loc. cit.*

Rectè autem notat idem S. Doctor, *ad cognoſcendum, num panis, & vinum ſubſtantialiter ſint corrupta, inſpicienda eſse accidentia; num ſcilicèt color, & ſapor ſint valdè*

de immutata: quo caſu ob reuerentiam tanti Sacramenti, non debent conſecrari.

65 *Vappam non prætereamus, quod eſt vinum, cuius vis euanuit, poteſtne conſecrari?*

Vappa non eſt apta materia conſecrationis: quia amplius non eſt vinum, cùm vis vini euanuerit. Suar. *diſp.* 45. *ſect.* 1 *col* 4.

66 *Quid dicendum de lora, quę Mediolani, & Bergemi vulgo appellatur* poſca, *Romæ vocatur* aquato, *eſt ne materia ſufficiens Euchariſtię?*

Non eſt ſufficiens, neque validè poteſt conſecrari: quia huiuſmodi potus non eſt vinum, cùm maiori ex parte conficiatur ex aqua, ſed eſt quid tertium, ſeu potiùs aqua vino temperata. Si quidem mixta prædominantis naturam ſequuntur. Bonac *de Sacram. d.* 2. *qu* 2 *p.* 2. *nu* 7.

67 *Quid demum de muſto, eſt ne integrum Sacerdoti illud adhibere?*

Si vrgeat neceſſitas ſacrum faciendi, aliudquè vinum non ſuppetat, tunc licitè muſtum conſecratur. Si verò nulla premat neceſſitas, diſtinguendum eſt, vel habet multam fœcis admixtionem, & tunc dedecet tanti Sacramenti dignitatem: ſecus ſi ſit perfectè defœcatum, ſeu purificatum. Suar. *diſp.* 45 *ſect.* 1. Bonac *loc cit. n.* 3.

68 *Ad conſecrandum Chriſti ſanguinem, neceſse ne eſt admiſceri vino parum aquæ?*

Vino modicum aquæ naturali admiſcendum eſt, non ex neceſſitate Sacrãmẽti, quia ſolùm vinum ſufficit, ſed ex neceſſitate precepti Eccleſiaſtici, quod obligat ſub mortali,

li. Catechiſ. Rom. *de Sacrament. Euchariſt. num.* 17.

69 *Quæ quantitas aquæ vino admiſcenda eſt?*

Qui numerus guttarum aquæ ſufficiat, definiri non poteſt. Tamen vt octauã, vel decimam partem quantitatis vini nõ excidat aqua, conſulit Coninch *q.*74. *art.* 8. vberior eſt permiſſio Concil. Tiburienſis, *cap.* 19. vt ſcilicèt adhiberi poſſit tertia pars aquæ.

70 *Si Sacerdos infunderet aquam in tam immodica quantitate, vt ſuperaret, vel æquaret quantitatem vini, valeret ne conſecratio?*

Inualida foret conſecratio Quia neceſſe eſt, vt aqua ſecundùm externam ſpeciem abſorbeatur, & ſuperetur à vino; totumq; mixturæ corpus vnum cenſeatur. S Thom. 3. *p. qu.* 74. *art.* 3. *&* 5. Filliuc. *tract.* 5. *à num* 78.

71 *Scio in dolio poſitam fuiſse aquam cum vino, ſufficit ne abſque eo, quòd rurſus in Altari apponatur?*

Non ſufficit: quia hæc admixtio aquæ non fit vt materia, ſed potiùs ũt ſignum, ſiue myſterium. S.Thom. *part.* 3. *qu.* 74. *ar.* 3. *&* 8.

72 *Expone myſticam huius mixturæ ſignificationem?*

Duplicem habet hæc admixtio ſignificationem, prima eſt ad ſignificandam aquã, quę ex Chriſti latere vna cum ſanguine effluxit: altera ad oſtendendam vnionem populi Chriſtiani cum Chriſto Domino. Idem S. Doctor *loc. cit.*

73 *Aqua*

73 *Aqua in calicem infuſa vertitur ne vna cum vino in Chriſti ſanguinem?*

Aqua in calicem infuſa, vinoquè mixta per verba conſecrationis in Chriſti ſanguinem conuertitur. Vtrum autem priùs vertatur in vinum, & mediante vino, in ſanguinem, vt vult Vaſquez *diſp.*178.*nu.*4, vel immediatè conuertatur non in vinum, ſed in ſanguinem, vt ſuſtinet Card. de Lugo *de Sacram. Euchar.c.*4. *ſect.*3. *n* 56 Coninch. *q.*74. *a.*8. ad clericorũ inſtitutionẽ parum refert.

74 *Si ſpecies aquæ ſepararentur à ſpecie vini conſecrati poteſt enim id fieri varijs modis, & præcipuè iunco decorticato arido, in vinum poſito vt teſtatur*. Alb.Mag.4. d.12. art. 11. *retinerent ne illæ ſpecies conſecrationem?*

Non retinere conſecrationem. Quia aqua ſeorſim ſumpta, & ſeparata à vino nõ eſt apta conſecrationis materia, ſed ſolùm, vt eſt mixta vino. ConincK *l.ſup. cit. ar.*8. ex communi.

75 *Vinum congelatur in Calice, poteſt ne conſecrari?*

Poteſt: tum quia adhuc retinet naturam vini, natura ſua potabilis, vel lambendo, vel ſugendo. Tum etiam quia ſi ſpecies vini, peracta conſecratione, accideret in calice congelari, remaneret ſub illis ſanguis Chriſti Domini. Bonac. *de Sacram. diſp.* 2. *qu.*2 *p.*2 *num.*10.

76 *Deficit vinum, licet ne ſacrum facere, conſecrando ſolum materiam panis?*

Nullo caſu licet ſacrum facere, conſecrando ſolùm panem Quia eſſentialis ratio Sa-

Sacrificij conſiſtit in conſecratione vtriuſque materiæ, panis ſcilicèt, & vini ſicuti docent Theologi omnes, teſte Suar. *diſp.* 43. *ſect.* 4. *&* Laym *lib.* 5. *t.* 5. *c.* 7. *n.* 1.

77 *Cur Sacrificium Miſsæ ad ſuam perfectionem requirit duplicis materiæ conſecrationem?*

Quia ſacrificium incruentum Altaris eſt repræſentatio, ſiue inſtauratio ſacrificij cruenti Crucis, in qua Chriſtus Dominus corpus ſuum, & ſanguinem obtulit æterno Patri pro redeptione Mundi, Vnde extat illa Eccleſiæ præcatio *Quoties hac ſacra hoſtia immolatur, toties opus noſtræ redeptionis exercetur.*

78 *Dixiſti ad perfectionem ſacrificij requiri conſecrationem vtriuſque ſpeciei, rogo, an opus ſit etiam vtriuſque materiæ ſumptio?*

Mirum eſt in hoc quæſito, quàm diſſideant Doctores. Probabilior tamet videtur opinio illorum, qui docent ſacrificium Miſſæ eſſentialiter conſiſtere in conſecratione, & ſumptione ſimul vtriuſque ſpeciei fauet S.Thom. 3 *part. qu.* 80. *art.* 12. *ad* 3. vbi ait: *Si poſt conſecrationem, ſpecies vini non poſſit ſumi debet aliud vinum conſecrari, & ſumi, ne ſacrificium maneat imperfectum*. Sentit ergo ſacrificium Miſſæ perfici conſecratione ſimul, & ſumptione vtriuſque ſpeciei. Subſcribit Bellarm. *lib.* 2. *de Miſsa cap.* 27. *concl.* 7. *&* 8. *&* Card. de Lugo *de Euchar. diſp.* 19 *ſect.* 5. *num.* 64.

79 *Attenta hac opinione, vlterius requi-*

re, num neceſsario ſumenda ſit hoſtia, tunc conſecrata?

Aliqui, vt Fagundez *de præcepto* 1. *Eccleſ. lib.*3.*c.*4.*n.*26. Bonac. *de Euchariſt. diſt.* 4.*qu. vlt.punct* 2.*n.*5 Negant exiſtimantes, etſi eſſentia ſacrificij requirat conſecrationem & ſumptionem vtriuſq; ſpeciei, non tamen requiri, vt vtraq; ab eodem Sacerdote fiat. Sed communis, & vera eſt ſententia contraria. Tum quia eadem victima, quæ immolata fuit, debet ſaltem ſecundum aliquam ſui partem ſumi, vt ſaluetur perfectio, vel ſaltem integritas ſacrificij. Tum quia ita præcipitur in Miſſalis rubrica; vt ſi hoſtia diſpareat, vel diſpereat in Miſſa, alia conſecretur, & ſumatur, ad perficiendum ſacrificium. Ita Card. de Lugo *de Euchar. cit.diſp.* 19 *n.*76. Dian.*par.*5.*tract.*13.*reſol.*96. *&* alij plures.

(Hinc Laym.*l.*5.*tr* 4.*c* 5.*n.*11 grauiter reprehendit Sacerdotem illum, qui hoſtiam Vnicam, quam in Miſsa conſecrauit, pro ſacra proceſſione ſeruauit; & pro ea veterem ex ſacro ciborio depromptam, ſumpſit.)

80 *Deficiente hoſtia ex grandioribus, poteſtne ſacerdos ſacrum facere, adhibendo formulam paruam?*

Secluſo adſtantium ſcandalo, qui tamen ea caſu de defectu grandioris hoſtię. & de rei veritate præmoneri poſſent, ſacrificare poteſt ſacerdos, etiam ob ſolam deuotionē. Quia nullum extat præceptum, vel conſuetudo, quæ obligationē induxerit, de conſecranda hoſtia maiore, vel minore: vtrobiq; enim

enim ſacrificium æquè perficitur. Thom. Tambur. *de ſacrif.l* 2.*c*.8.§ 8 *num.* 16.

81 *Quæ quantitas materię, ſiue panis, ſiue vini poteſt conſecrari?*

Nec magnitudo, nec multitudo materiæ, neque item paruitas obſtat, quominus validè conſecretur, v g. multi, & ingentes panes, vini dolium: ſimiliter vini gutta, panis mica, dummodo viſu percipi poſſit. At licitè ea tantùm materiæ quantitas conſecranda eſt, quæ ſatis eſt ad ipſius Sacerdotis, & fidelium vſum; grauiterquè punietur Sacerdos, qui auderet aduerſari Eccleſiæ ordinationi. S.Thom: 3.*p q*.74.*art*.2. Vide Valent. *tom*.4. *diſp* 6 *qu* 2. *p*.2.

81 *Dixiſti, ſi materia ita ſitparua, vt demonſtrari nequeunt, incapacem eſſe conſecrationis: quid, ſi ea minima materia poſt conſecrationem á toto ſeparetur, retinebit ne conſecrationem?*

Quandiù ea minima materia ſubſtantiam panis retinet, conſecrationem quoque retinebit. Quia plures requiritur ad acquirendum, quam ad retinendum. Coninch *qu.* 74. *art*.2. *dub*.2.

82 *Materia conſecranda qua ratione debet eſſe ſacrificanti expoſita?*

Requiritur, vt ſit moraliter præſens, videlicet vt ſit coram Sacerdote ſacrificante. Nā pronomen *Hoc*, & *Hic*, in conſecratione panis, & vini denotat rem ſenſibus expoſitā. S.Th. *in* 4 *d*.11.*q*.2.*ar*.1. Laym.*l*.5.*to*.4.*cap*.2. *n*.10. Bonac.*diſp* 4. *de Sacram. q* 2.*p*.6. *nu*.11.

83 *Si materia conſecranda eſſet a tergo*

ſa-

ſacrificantis, vel poſt Altare, ſiue ſub mappa, aut corporali latens, reciperet ne conſecrationem?

Non reciperet conſecrationem. Quia materia ea ratione non cenſetur moraliter præſens; atque ideò forma non verificatur. Coninch. *q.*74. *art.*2. Laym. *cit.nu.* 10.

84 *Quid, ſi materia non ſit ſuper corporale, ſed á latere exiſtat: v. g. in cornu Epiſtolę, ſonuſquè verborum ad eam non pertingat?*

Cenſenda eſt conſecrata. quia ad validam conſecrationem opus non eſt, vt materia ſit ſuper corporale, vel ſonus verborum ad eam pertingat; dummodo celebrantis ſenſibus in altari, vbi celebrat, ſit expoſita. Coninch. Laym. Bonac. *ll. cc.*

85 *Idemne dicendum, ſi materia conſecranda in vaſe cooperto adſit?*

Proculdubio idem affirmandum eſt, imò certiùs: nam contentum vnum, & idem cum continente reputatur, & moraliter præſentatur. Quod intelligẽdum eſt, modo celebrans intentionem ſaltem virtualem habeat conſecrandi materiam in ea Pyxide poſitam, illaq; ſit ſuper altare vbi ſacerdos celebrat, quamuis ex inaduertentia extra lapidem ſacrum, & corporale exiſtat. Nau. *c* 25.*n.*91. Coninch *l c.n.*45 Laym *cit.n.*10. Bonac. *cit.q.*2.*p.*5.*n.*6. Filliuc. *tr.*4. *num.*71.

86 *Ex quatuor hoſtijs, ſeu formulis præſentibus duas tantummodo, ſeu dimidiam conſeccare intendit Sacerdos, validè ne conſecrat?*

Vel ex pluribus duas, vel dimidiam diſtin-

ſtinctè, & determinatè conſecrare propo-
nit ſacerdos & tunc valida eſt, quamuis il-
licita conſecratio, vel indiſtinctè, & inde-
terminatè, & tali caſu irritam eſſe conſe-
crationem, ex communi docent. Laym. *cit.*
c.4. *n* 12. Bonac. *cit p.* 5 *n* 4. & 5.

87 *Sacerdos ipſe, vel alius Clericus duas hoſtias pro vna, vel decem pro octo formulis ſuper patenam ex errore apponit, cenſenda ne omnes conſecratę?*

Reſp. affirmatiuè: quia ſpeculatiuus ille error, quo ſacrificans exiſtimat eſſe pauciores, nihil obſtat practicæ intentioni, quam ſacerdos ex praxi Eccleſiæ implicitè habere cenſetur, conſecrandi omnes formulas pręſentes, quoquot ſunt. Secus dicendum, ſi contrariam intentionem haberet. Suar *diſp.* 4. *ſect.* 6 Henriq. *l* 8. *c.* 14. Coninc. *l. c. dub.* 3.

88 *Hoſtia, ſeu formula conſecrata miſcentur non conſecratis, quid faciendum Sacerdoti?*

Totum formularum cumulum, dum petagit ſacrum, ſibi apponendum curabit Sacerdos, ipſequè intentionem habebit conſecrandi tantùm eas, quæ conſecrationem non receperunt.

89 *Si præter ſacrificij hoſtiam, aliàs pro vſu fidelium conſecrari oporteat, quando ſacrificanti adeſſe debent?*

Ante offertorium deferri debent, alioquin illicita erit conſecratio. Laym. *loc. cit. nu.* 14.

90 *Defertur celebranti poſt oblationem particula conſecranda, pro communicando laico, poteſt ne illam conſecrare?*

Si

Si paulò poſt oblationem deferatur, poteſt celebrans, eam prius mente offerendo, conſecrare, ſi verò, cœpta præfatione, vel poſt præfationem deferatur, non poteſt conſecrare, ſed eo caſu, ſi neceſſitas, vel pietas ſuadeat, poteſt dare laico particulam hoſtiæ conſecratæ Ita Suar Palud. & Sylu. apud Arnaud 3.*p. tit.* 10 *num* 14.

91 *Ante oblationem Calicis aliquas vini guttas interiori Calici adhærere deprehendit Sacerdos, quid ipſi agendum?*

Huiuſmodi guttas, vel reliquo vini corpori admiſcendas, vel purificatorio abſtergendas curabit Sacerdos

92 *Quid, ſi eiuſmodi guttæ nec admiſceantur reliquo vini corpori, nec abſtergantur, cenſendæ ne conſecratæ?*

Secundùm communem Eccleſiæ intentionem, cui ſuam Sacerdos in actu ſacrificij conformare debet, illæ guttæ cenſeri non debent conſecratæ: Quia communis Eccleſiæ intentio eſt conſecrandi tantùm vinum quod eſt in calice per modum vnius corporis continui, abſtrahendo à guttis calici hærentibus Suar. *l. ſup. c. art.* 6. Coninch. *qu.* 74. *art* 2. *dub.* 3. *num* 43.

Si tamen Sacerdos aliam propriam intentionem habeat. v g conſecrandi etiam guttas ſeparatas ſiet ſicut intendit, ſed peccare videtur, eò quòd Eccleſiæ intentioni aduerſetur. Laym. *loc. cit num vlt.* Bonac. *ſupr. citato num* 7.

DE

DE FORMA CONSECRATIONIS Corpus, & Sanguinis Chriſti Domini.

CAP. XXIX.

93 *Abſoluto examine de materia Sacramenti Euchariſtiæ, dicas modo, quænam ſit forma conſecrationis, corporis Chriſti?*

Forma verborum, quibus conficitur corpus Chriſti, eſt hæc. *Hoc eſt enim corpus meum* S. Thom. *q.* 78. *art.*1.

94 *Si omitteret Sacerdos aliquod verbum præſcriptæ formæ conficeret ne Sacramentum?*

Si omitteret aliquod verbum, præter particulam *enim*, ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter, non conficeret Sacramentum: quia ſingula verba præſcriptæ formæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, excepta coniunctione enim, vt dixi.

95 *Cuius criminis redderetur reus Sacerdos qui particulam* enim *in prolatione formæ omitteret?*

Secluſo contemptu, ſolius culpæ venialis Sacerdotem damnat Coninch. *q* 78. *nu.*37. & Excobar *in praxi Sacram. Euchar. caſu* 2. Ego cum Vaſq *diſp.*199.*n.*19. non tam facile eximerem à mortali; ſi ſcienter omitteret, ob violationem præcepti Eccleſiaſtici in materia tam graui.

96 *A quo addita fuit vocula* enim ?

Adiuncta , ſiue appoſita fuit à S. Petro propter continuationem ad verba præcedentia. S. Tho 3.*p.q.*78 *art.*2. ad 1. Bellarm. *l.*4. *de Euchar. cap.*14.

97 *Subſtantialium verborum formę explica , quinam ſit ſenſus ?*

Hic eſt pleniſſimus ſenſus , contentum ſub hac ſpecie panis eſt corpus meum. Layman *loc. cit cap.*3. *num* 2.

98 Obiectio. *Cùm verba conſecrationis inchoantur , adhuc ſub accidentibus continetur ſubſtantia, vt indubitatum eſt : Ergo falſus videtur ſenſus ?*

Non verificatur ſenſus , cùm verba conſecrationis inchoantur, ſed cum finita ſunt, nam tum integram enunciationem efficiunt. Idem Doctor *loc. cit.*

99 *Si Sacerdos immutaret formam verborum , quibus conficitur corpus Chriſti , eſſet ne valida conſecratio ?*

Diſtinguendũ eſt, vel immutatio, ſeu variatio verborum eſt eſſentialis, vel accidẽtalis, ſi eſsẽtialis, quia variatur sẽſus formę, irrita erit conſecratio. Cũ sẽſus ſit anima verbi. Sin autẽ ſit accidentalis, quia nõ variatur ſignificatio verborũ, ſed æquipollet verbis formæ, illicitã quidẽ, ſed valida exiſtet cõſecratio. S. Th. 2. *p. q.* 60. *a* 7. & DD. omnes.

100 *Faciamus caſus practicos : ſi Sacerdos vſurparet hanc formam* , illud eſt corpus meum , *vel* hic panis eſt corpus meum , *conficeret ne Sacramentum ?*

Non conficeret : quia variaretur verbo-

rum

rum ſignificatio, & diuerſus efficeretur ſenſus. Laym. *loc. cit.*

101 *Sacrificans dicit*. Hæc eſt caro mea, *cenſendane valida conſecratio?*

Inualida omninò cenſenda eſt. Quia fit mutatio ſubſtantialis in forma à Chriſto inſtituta, quamuis eadem verba retineantur. S. Thom. *cit art.* 7 Suar. 3. *p. diſ.* 3. *d.* 2. *ſect.* 4.

102 *Quid ſi vteretur hac* forma, hoc eſt corpus Chriſti.

Irrita prorſus eſſet conſecratio: quia Sacerdos non repræſentaret perſonam Chriſti, ſed propriam, quæ ſignificatio falſa eſt.

103 *Idem ne dicendum, ſi ſacrificans dicat*, iſtud eſt corpus meum, *vel* hic eſt corpus meum.

Vocabulum *iſtud* ſufficit, quia æquiualet pronomini *hoc* Si verò dicat *hic*, diſtinguendũ eſt, nam ſi ſumat *hic* aduerbialiter inualida eſt cõſecratio: valida vero ſi ſumat *hic* pronomen maſculinum pro neutro quamuis ſecundum ſenſum grammaticalem errorem inuoluat. Suar. *diſ* 59. *ſect.* 2. Medul. Theo. mor. *de Sacram. Euch. dub.* 6. *reſol.* 2.

104 *Sacerdos ex balbutie, vel feſtinatione dicit*, Hoc eſt corpus meũ, *cenſenda ne valida conſecratio?*

Validam exiſtere conſecrationem exiſtimat Laym. *l.* 5. *tr. c.* 4 *nu.* 4 Quia truncatio vltimæ ſillabæ in hoc caſu ſignificationem non mutat.

105 *Quænam eſt forma, conſecrationis Chriſti ſanguinis?*

Forma cõſecrationis Chriſti ſanguinis eſt

hæc. *Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

106 *Suntne ſingula verba neceſſaria ad conficiendum Chriſti ſanguinem?*

Ex ſententia multorum Doctorum non ſunt omnia neceſſaria, ſed iſta tantùm. *Hic eſt calix ſanguinis mei*: quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, & ſufficiunt ad conficien. dum Chriſti ſanguinem, reliqua verba *noui, & æterni, &c.* ſunt tantùm de neceſſitate præcepti. Sacerdos tamen, qui aduertenter illa omitteret, culpam mortalem non effugeret: quia faceret contra præceptum Eccleſiæ in re graui. Bellarm. *l.4. de Euch. c.14.* Tollet. *l.2 c 15. nu.1* Oppoſitum tamen, quod Sacerdos non conficeret, ſentit S.Th. 3 *p. qu.* 78. *art.3.* & alij DD.

107 *Eſſentialium verborum conſecrationis ſanguinis indica, quinam ſit ſenſus?*

Senſus eſt iſte. Hic potus contentus in calice eſt ſanguis meus. S. Thom. *cit. art.* 3. *ad* 1.

108 *Quando verificatur huiuſmodi ſenſus, ſcilicet Chriſti ſanguinem in calice contineri?*

Verificatur in termino prolationis eſſentialium verborum; tunc enim deſignatur, Chriſti ſanguinem ſub accidentibus vini præſentem eſſe. Suar. *diſp.60. ſect 3.*

109 *Si variaret formam calicis Sacerdos, ſubſiſteretne conſecratio?*

Si variatio diuerſam efficeret ſignificationem, irrita profectò eſſet conſecratio; ſecus ſi ſen-

ſi ſenſus ſubſiſteret: delinqueret tamen mortaliter ſacrificans. Vide ſupra de mutatione formæ in conſecratione, Chriſti corporis.

110 *In Calicis conſecratione ſacrificans dicit*, hic eſt Calicis, *pro Calix conſecratne?*

Conſecrare cenſendus eſt: quia licèt *Calis*, ſecundùm materialem vltimæ litteræ ſenſum, habeat aliam ſignificationem, tamen ex intentione proferentis, & ex communi percipiendi modo idem habet ſignificatum. Suar *loc. cit. paulo inferiùs.*

111 *Cùm Sacerdos dicit*, hoc eſt corpus meum, hic eſt Calix, *in cuius perſona profert illa verba?*

In perſona Chriſti, non propria profert ſacrificans illa verba, vt ſupra dictum, eſt & ſignificant, quod efficiunt. Eſt communis Eccleſiæ ſenſus, & Doctorum ſententia.

112 *Idem ne agit in tota Canonis actione?*

Minimè, nam in præcedentibus & ſubſequentibus actionibus ad conſecrationem ſuis vtitur verbis miniſter. Cùm verò peruenit ad conſecrationem, tunc non ſuam, ſed Chriſti perſonam repræſentat. Vndè verba conſecrationis proferuntur à Sacerdote effectiuè, & ſignificatiuè, vt ſupra dictum eſt cetera hiſtoricè, & recitatiuè. S. Thom. *qu. 78. art. 5.*

113 *In conſecratione Calicis dicitur*, qui pro vobis, & pro multis, *nonne Chriſtus ſuum effudit ſanguinem pro redemptione omnium, cur ergo non dicitur pro omnibus?*

Chriſtus quidem ſuum effudit ſanguinem pro redemptione omnium ſufficienter, non efficienter, hoc eſt, quantum ad effectum, quia multi non ſaluantur ob eorum defectum, & indiſpoſitionem, eò quòd ponant obicem Diuinæ gratię. Suar *loc. cit.*

114 *Dubitat ſacrificans poſt conſecrationem, an verè, & integrè protulerit formam, quid agere debet?*

Si probabiliter dubitet, poteſt rurſus proferre formam ſub conditione ſaltem animo retenta. Quia id conceditur etiam in alijs Sacramentis, vt in Baptiſmo, & conditio nihil ponit in eſſe, ſi contingat validam extitiſſe priorem conſecrationem.

115 *Ad conficiendam ſanctam Euchariſtiam requiruntur duæ diſtinctæ materię, panis, & vinum, quibus reſpondent duæ diſtinctæ formæ: Ergo videntur eſſe duo Sacramenta, & ſic plura, quàm ſeptem, contra* Trident. *ſeſſ. 7 can. 1.*

Septē tantùm ſunt Sacramenta, nec plura, necē pauciora, vt ait Trid. *l. c.* Quod autē duæ concurrant materiæ, duæquè formę nihil refert, quia vtraque materia, & vtraque forma ſpectant ad integritatem eiuſdē Sacramenti, quatenus ex carne, & ſanguine reſultat vnum integrum Chriſti corpus.

116 *Verba conſecrationis qua voce à Sacerdote celebrante proferri debent?*

Verba conſecrationis, aliaquè ſecreta ſecretò, id eſt, ea voce, qua, remotis impedimentis, à ſeipſo tantùm ſacerdoti audiri poſſint, proferenda eſſe, præcipit Eccleſia,

& pra-

& praxis confirmat. Qua de re vide infra Epitomen Sac. Ritu. *cap. 6. num. 4.*

DE TRANSVBSTANTIATIONE.

CAP. XXX.

PRO DOCTIORIBVS, SEV CANDIDATIS THEOLOGIÆ.

117 *Quid operantur conſecrationis verba circa panem, & vinum.*

Operatoria ſunt præſentiæ corporis, & ſanguinis Domini, quod Chriſtus in vltima cœna apertis verbis ſignificauit, & effecit.

118 *Corpus, & ſanguis Chriſti quomodo fit præſens in Euchariſtia, num per productionem, vel reproductionem, vel ſaltem per adductionem?*

Non fit præſens per productionem, ſeu reproductionem corporis Chriſti: quia ſic ſubſtantia corporis Chriſti fieret præſens ſubſtantiæ panis, quod eſt erratum anathematizatæ Luteranorum ſectæ.

Neque per adductionem de loco, in locum, quia ſic à cœli ſedibus abeſſet, quoniam nihil mouetur, niſi locum deſerat, à quo mouetur. Sed fit præſens per ſubſtantialem conuerſionem. Bellarm. *lib. 3. de Euch. c.* 18 & DD omnes Catholici.

119 *In quo conſiſtit hæc ſubſtantialis conuerſio?*

Conſiſtit in hoc, quòd in locum ſubſtantiæ panis per omnipotentiam Dei, & virtute verborum conſecrationis ſuccedat ſubſtantia corporis Chriſti, & in locum ſubſtantiæ vini ſubſtantia ſanguinis Domini N. Bellarm *loc. cit.* & Laym. *l. 5 t. 4. c. 3. num. 2.*

120 *Hæc admirabils conuerſio habet ne conuenientiorem appellationem?*

Huic conuerſioni conuenienter impoſitum eſt nomen tranſubſtantiationis, eò quod tota vnius rei ſubſtantia in totam alteriùs rei ſubſtantiam, remanentibus accidentibus, tranſeat S Thom. *q. 75. art. 4.*

121 Obiectio. *Eucharistia vocatur panis etiam poſt conſe rationem, vt patet*, ex Io. 6. Panis, quem ego dabo, &c. & Corin. 10. Panis quem frangimus, *& Eccleſia canit*, Panis viuus. & vitalis, &c. *Ergo videtur eſſe panis vnà cùm corpore Chriſti?*

Appellatur panis, non quod remaneat ſubſtantia panis, ſed quia poſt conſecrationem adhuc præſefert ſpeciem, & apparet panis.

122 Obiectio *Poſt conſecrationem panis Eucharisticus verè nutrit, & ex eo generatur aliqua ſubſtantia, puta vermes. Ergo poſt conſecrationem non videtur deſinere ſubſtantia panis, quia ſubſtantia non poteſt produci ex accidente?*

123 In illo inſtanti, quo ſpecies Sacramentales ſufficicienter diſpoſitæ ſunt ad nutritionem, vel generationem, Deus, tamquam Auctor naturæ abſque vllo miraculo, ſed ita exigente rerum ordine, nouam panis materiam creat, vel reproducit eamdem,

quæ

quæ fuerat ante ſub forma panis, ex quia ſubſtantiali materia mox homo nutritur, & generantur vermes: Card de Lugo *de Sacr. Euchar. diſp.* 10. *ſect.* 2. *num* 31.

124 *Quomodo accidentia panis, & vini ſuſtentantur ſine proprio ſubiecto?*

Corpus Chriſti, ex eo, quòd per omnipotentiam Dei ſuccedit in locum ſubſtantiæ panis, vt dictum eſt, ſuſtentat accidentia, nõ vt formas ſibi inhærentes, ſed altiore ſuſtentationis modo. Laym. *l.* 5 *t.* 4. *c.* 3. *num.* 2.

125 *Eiuſmodi ſuſtentatio cenſenda ne idcirco naturalis, an miraculoſa?*

Miraculoſa planè, quia ſupra naturalem ipſorum accidentium ordinem.

125 *Quomodo continetur corpus Chriſti ſub ſpeciebus, ſeu accidentibus panis, & vini?*

Continetur ſub illis ſpeciebus modo ineffabili, ſeu ſacramentaliter, hoc eſt, ſine extenſione partium in ordine ad locum.

126 *Quid ſibi vult corpus Chriſti eſſe in Eucharistia ſine extenſione partium in ordine ad locum?*

Significat vnam partem corporis Chriſti, nempè manum non diſtare à pede caput à pectore, quoad locum: ſiue vt alijs verbis dicam, ſignificat alium locum non occupare caput, alium manus, alium pedes Vnde qui ſic exiſtit, dicitur eſſe in loco ſacramentaliter, ſeu in puncto indiuiſibili. Laym *l. c. n.* 2. *verſ. multò minùs*.

127 *Idem ne dicendum de poſitione vnius partis extra aliam in ordine ad organizationem corporis Chriſti?*

Corpus Chriſti, prout eſt in Euchariſtia, habet, quidquid habet in Cœlo, & ad veram corpus rationem pertinet, vt partes entitatiuas,& quantitatiuas,oſſa,neruos,diſtinctionem membrorum in figura,denſitate,raritatè,pulchritudine,quorum partium vna exiitit extra aliam, v g. caput non eſt pes; quæ partium poſito non eſt in ordine ad locum,ſed ad totum,ideſt,ad corpus,& ſuppoſitum Chriſti. S Tho. *q.75. art. 4.*

128 *Extenſio corporis in ordine ad locum nonne eſt inſeparabilis á ratione corporeę ſubſtantia?*

Tali extenſio eſt quidem naturalis affectio, conſequens naturam corporis,ſed non eſt de ipſius intrinſeca ratione,& per omni. potentiam Dei ſeparari poteſt.Ideòq; partes corporis poſſunt eſſe fine ipſarum extenſione in ordine ad locum. Laym *loc. cit.*

129 *Mentionem feciſti integritatis ſubſtantialis corporis Chriſti, quęro quid includat hac ſubſtantialis integritas?*

In Chriſto non vnica,ſed quadruplex eſt ſubſtantia, nempè Diuinitas, Anima rationalis, Caro, & Sanguis, & ſecundùm hanc quadruplicem ſubſtantiam Chriſtus eſt in Euchariſtia. S. Thom, *loc. cit. art. 1 2.& 3.*

130 *Inſunt ne hac omnia videlicèt Diuitas, Anima rationalis, Caro,& Sanguis eodem modo, & ratione in Euchariſtia?*

In Euchariſtia quædam inſunt ex vi verborum,quædam per concomitantiā; ex vi verborū tantùm inſunt ea, quæ naturaliter ſignificantur per ipſa verba, vnde ſub ſpecie

panis

panis eſt ſola caro Chriſti, quia hæc verba, *hoc eſt corpus meum*, ſignificant ſolùm corpus Chriſti, non ſanguinem, vel Diuinitatem: & ſub ſpecie vini continetur ſolùm ſanguis, quia verba conſecrationis ſignificant ſolùm ſanguinem, non carnem, vel Diuinitatem. Anima verò, & Diuinitas inſunt per concomitantiam. S. Th. *loc. cit. art.* 1.

131 *Quid ſignificat aliquid eſſe ſub ſpecie panis, & vinis per concomitantiam?*

Per concomitantiam idem ſignificat, ac per naturalem connexionem, ſiue inſeparabilem vnionem. Vnde humanitas Chriſti quia inſeparabiliter vnita eſt Diuinitati, Anima corpori, & ſanguis carni, idcircò ſanguis, Anima, & Diuinitas dicuntur eſſe ſub ſpecie panis per concomitantiam Trid. *ſeſſ.*13. *cap* 3. Suar *diſp* 48. *ſ. &* 4.

132 *Quid de Patre, & Spiritu Sancto, ſunt ne & iſta Diuinæ Perſonę in Euchariſtia?*

Perſona Patris, & Spiritus Sancti neq; offertur, neq; ſumitur in Euchariſtia, quia nō eſt vnita humanitati hypoſtaticè, vti eſt Perſona Verbi: tamē ob naturalē vnionem, quā habēt cū eadem Perſona Verbi ratione Diuinæ naturæ, quæ vna, & eadē eſt in omnibus diuinis perſonis, & cū qua omnes idētificātur, neceſſariò sūt, vbi eſt illa Quę eſt catholica doctrina, tradi à S. Th *q* 78 *a.* 1 2, 3. & 4 Card. de Lugo *de Euch d.* 8 *ſ* 6 *n* 125.

133 Obiectio. *Perſona Verbi eſt vtique per ſuam immenſitatem; Ergo non eſt in Euchariſtia per naturalem concomitantiam?*

℞. Perſona Verbi poteſt dupliciter ſpe-

ctari: Primò ſecundùm ſe,& ſic eſt vbique per immenſitatem ſecundò quatenus eſt vnita humanitati, & ſi ratione vnionis eſt in Euchariſtia ſolum per concomitantiam.

134 *Totus Chriſtus continetur ne ſub ſingulis Hoſtiæ partibus?*

Continetur ſub ſingulis ſpecierum partibus, quantumuis minimis, non ſolùm poſt ſeparationem, quod eſt de fide, vt conſtat ex Trid *ſeſſ.* 13 *c.*4 ſed etiam ante ſeparationem. Quia partes Hoſtiæ ſaparatæ ſingulę continet totum Chriſtum Ergo & ante ſeparationē: ſeparatio enim non dat nouam conſecrationem. Neque propterea dicendum eſt Chriſtum in partibus hoſtiæ continuis habere plures præſentias, ſed vnā indiſibilem. Coninch. *loc. ſup. cit ar* 3. *nu.*4. Card. de Lugo *diſp.* 8. *ſect* 3. *num.* 42.

DE MINISTRO SANCTÆ Euchariſtiæ.

CAP. XXXI.

135 *Quis eſt Miniſter Sanctæ Euchariſtiæ?*
Solus Sacerdos ex inſtitutione Chriſti eſt Miniſter, eiquè competit poteſtas conficiendi, & adminiſtrandi Chriſtiano populo S. Euchariſtiam. Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.*8.

136 *Nonne competit, & Diacono S. Euchariſtiæ diſpenſatio?*

In caſu neceſſitatis, vel ex commiſſione Sacerdotis, ſcilicet Parochi, Diaconus poteſt diſpenſare, non tamen conficere ſacra myſte-

myſteria. Vide ſupra *de Ord. Diac. c. 23. q. 17.*

137 *Si Diaconus quiſpiam, vel etiam eo inferior publicè haberetur Sacerdos, ſacrumquè faceret; requiro, an S. Eucharistiam conficeret?*

Non conficeret ob carentiam characteris Sacerdotalis, ſeu poteſtatis Ordinis. Nam ſine poteſtate Ordinis nulla fit Euchariſtiæ conſecratio.

138 Obiectio. *Eccleſia, concurrente errore communi, & titulo præſumpto, ſupplet poteſtatem iuriſdictionis,* vt *cap. 25 qu. 27. dictum eſt. Ergo etiam poteſt ſupplere poteſtatem Ordinis?*

Non eſt par ratio: quia poteſtas iuriſdictionis ex iure humano prouenit, cuius defectum in caſu propoſito, ad euitanda ſcandala, & incommoda, Eccleſia ſupplere cenſetur. Poteſtas autem Ordinis ex iure Diuino deſcendit, cuius defectum Eccleſia ſupplere non valet Sanch *l. 4. de matr. diſp. 22. n.* 49. & Doctores omnes.

139 *Neceſſaria eſt ne ad valorem conſecrationis intentio Miniſtri?*

Ad conficiendam S. Euchariſtiam omninò neceſſaria eſt Miniſtri intentio eſtquè articulus fidei. Trid. *ſeſſ. 7. can. 11.*

140 *Qualis intentio requiritur?*

(Quid ſit intentio, quotuplex, & qualis requiratur ad conficiendam S Euchariſtiam, vide ſupra de Sacram. in gen. *cap. 7. qu. 14 & 15.*

141 *Priuato errore contra veritatem S. Euchariſtiæ detinetur Miniſter, obeſt ne validitati conſecrationis?*

Nil

Nil officit, modò cetera neceſſaria concurrant. Laym. *l* 5. *t*.1. *cap* 4. *num*. 5.

142 *Prauitas Miniſtri impedit ne confectionem S Euchariſtię?*

Miniſter ſiue probus, ſiue improbus ſit, dũmodo eſſentialis adhibeat, quæ sũt materia, forma & debita intẽtio, ſemper cõficit, & cõfert Sacramentũ Trid. *ſeſſ*. 7. *can*. 12.

143 *Duo Sacerdotes ad conſecrationem concurrunt, vnus incipit, alter formam abſoluit, valida ne conſecratio?*

Prorſus irrita eſt: quia deficit integritas ſubſtantialis formæ.

144 *Quid, ſi plures integrè proferant eamdem formam ſuper eamdem materiam?*

Si totaliter, & eo dem tempore formam abſoluant, omnes conſecrabunt; ſi ex ijs vnus prior alijs formam abſoluat, ille ſolus conſecrabit. S Thom. 3 *p. qu*. 66. *art*. 3. *ad* 4. Fran Lugo *l*. 1. *de Sacr. c*. 2 *queſ*. 14. *num*. 107. Eſcobar *de Sac. Euch. cap*. 4. *quæſt*. 2.

145 *Cùm ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, quo Chriſtus Dominus, victima Deo Patri acceptatiſſima, immolatur in odorem ſuauitatis, ſumma pietate, ac puritate animi peragere deceat. Ideó requiro, quæ diſpoſitio in Sacerdote celebraturo neceſſaria ſit?*

In primis probare ſe ipſum debet Sacerdos, an habeat conſcientiam alicuius mortalis ſceleris, quod pœnitentiæ adminiculo priùs expiari neceſſe ſit.

146 *Sacerdoti, qui eſt ſacrificaturus, quæ probatio eſt neceſſaria?*

Ea, quam ex verbis D. Pauli 1. *Corinthi* expli-

plica Trid *ſeſ.* 13. *cap.* 7 *Eccleſiæ autem conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præuia ſacramentali confeſſione ad ſacram Eucharistiam vel conficiendam, vel ſumendam accedere præſumat.*

147 *Quid ſi fœdatus lethali culpa celebret Sacerdos.*

Grauis ſacrilegij ſcelere ſe obſtringit. Quod colligitur ex Apoſtolo *in epiſt* 1. *Cor. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans Corpus Domini.* Quæ verba formidinis plena Sacerdotis ſacrificaturo nunquam debet excidere animo Hæc tamen reſponſio intelligenda eſt ſi adſit Sacerdos, cui alter commodè conteri poſſit.

148 *Non datur copia Confeſſarij, quid faciendum Sacerdoti ſacrificaturo?*

Vel vrget ſacrificandi neceſſitas, vel non; ſi vrget, actum contritionis elicere debet, cum propoſito quamprimùm confitendi; ſi non vrget, ſatiùs eſt miſſam intermittere, quàm ſine præuia confeſſione celebrare. Coninch. *qu* 80. *art.* 4.

149 *Quibus in caſibus cenſendum eſt deeſſe copiam Confeſſarij; vt proinde premente neceſſitate. Sacerdoti ſacrificare liceat, ſolo elicito contritionis actu?*

In his duobus caſibus. Primò ſi nullus ſit præſens approbatus ſacerdos, ad abſentem autem facilis non ſit acceſſus, ſpectatis cir-

cum-

cumſtantijs perſonæ,loci temporis,difficul. tatis.Secundò,ſi adſit quidem Confeſſarius ſed ignarus idiomatis,vel carens iuriſdictio. ne,vel excommunicatus,vel cui non poſſit confiteri ſine periculo damni, vel ſcandali. Laym. *l.5 t.4. c.6.n.6.*

150 *Sacerdos in mortali exiſtens habet Confeſſarium præſentem ſed non eum, cui libenter, deuotiùs, & vtiliùs ſolet confiteri, poteſt ne differre confeſſionem, & interea ſolùm contritus celebrare?*

Licèt aliqui affirment, vt Ricard.4.*diſt.* 14. *art.*3. *q.*6 §. *vnius*. Alij tamen abſolutè negant,vt *Bonac.diſp* 4 *q.*6 *p.*1 *n.*27. Dian.*p.* 9.*t* 3 *reſ.*13. Fagund.*pracc.*3.*l.*3 *c.*9.*n.*107. & 108. Quorum ſententia omninò tenenda eſt. Quia Trident *ſeſſ* 13.*c.*7. ſolùm excipit caſum carentiæ Confeſſarij, qui hoc caſu non poteſt dici deficere.

151 *Recenſe neceſſitati caſus, quibus, deficiente Confeſſario,Sacerdoti in mortali exiſtenti, celebrare licet, præmiſſo contritionis actu?*

Quatuor reperio caſus. Primus eſt, ob communicandum infirmum per modum viatici, quando hoſtia conſecrata deſit,& infirmus alioquin ſit moriturus.Secundus,ſi Sacerdos ſine periculo vitæ. infamiæ, vel ſcandali à celebratione abſtinere non poſſit Tertius,ſi occurrat feſtum,in quo Sacer. dos ex officio, quia eſt Parochus,celebrare debet; neq;populus ab alio miſſam audire, vel ſine murmure,aut ſcãdalo dimitti poſſit. Quartus,ſi peracta conſecratione,recordetur ſacrificans ſe mortali crimine, vel

cen-

cenſura obſtrictum eſſe. Card. de Lugo de *Euchar. diſp.* 14. *nu.* 107. Bonac. *diſp.* 4. *qu.* 6. *punct.* 1. *num.* 22. & 25.

152 Non excuſat tamen maior deuotio, vel celebritas feſti. Neq; commoditas, aut vtilitas maioris fructus ſpiritualis proprij, vel alieni. Vnde Sacerdos exiſtens in mortali, etiam præmiſſo contritionis actu, nō debet ſacrū facere pro defuncto preſēte, pro implēdo onere Capellaniæ, pro benedictione nuptiarū, neq; pro paupertate, ſi v. g. viuat ſtirpe Miſſæ, ſed debet quærere Confeſſariū, etiamſi ſpatio mill̄ arij diſtaret Fran Lugo *l.* 4. *de miſſ. c.* 6. *q* 6. *n.* 35. citans Henriq. Suar. Coninch. Idem docet Bonac. *cit. diſp.* 4. *q.* 6. *n.* 33. Quia Trid. requirit, quòd vrgeat neceſſitas, copiaq; Confeſſarij deſit.

153 *Inter celebrandum Sacerdos vel labitur, vel recordatur eſſe in peccato mortali, quid ſibi agendum?*

Si id accidat ante cœptum canonem debet, vel confiteri ſi abſque ſcandalo poſſit, vel ab Altari recedere. Si verò id fieri non poſſit ſine ſcandalo, debet actum contritionis elicere, Miſsamquè perficere: peracto autem ſacrificio, habitaquè Confeſſarij copia, tenetur ſtatim confiteri. Henriq. *l.* 8. *cap.* 40. *n* 3 & Bonac. *cit. q.* 6. *p.* 1 *nu* 15.

154 *Nonne ſufficit in hoc caſu inſtituere confeſſionem, cùm rurſus Sacerdos Sacrum facere voluerit; ſicuti permittitur laicis, qui communicant ob eamdem neceſſitatem?*

Non ſufficit, quia Trid. *ſeſs.* 13. c. 7. præcipit vt Sacerdos, qui, premente neceſſitate,

cele-

[illegible]

[illegible] confeſſione, ſtatim
[illegible] quod
[illegible] ad ſacros, qui nõ
[illegible] communionem ſu.
[illegible] Bo-
[illegible] tamen dã.
[illegible] qui ſtatim
[illegible] authorũ.
[illegible] *deli-*
[illegible] *mortali ali-*
[illegible] *cele-*
[illegible]

[illegible] affirmatiuã magis
[illegible] confi-
[illegible] & ſequitur
[illegible] afferre, ſi
[illegible] in tali ca-
[illegible] ſacerdos ſe
[illegible] in mortali.
[illegible] mortaliter
[illegible] eſſe
[illegible] eſt cui-
[illegible] relicta
[illegible] ſupra cit.
[illegible] *non pertin-*
[illegible]
[illegible] *dignè*
[illegible]

[illegible] ſufficiens diſpo-
[illegible] pru-
[illegible] vt i-
[illegible] celebrare
[illegible] *5. & 1.5.6.*
[illegible]

[illegible] Obie-

157 Obiectio. *Ignorantia non facit celebrantem magis diſpoſitum ad dignè celebrandum, & ad effectum gratiæ; ſed quod Sacerdos exiſtimet ſe eſſe contritum, cùm tantùm ſit attritus, id prouenit ex ignorantia: Ergo non eſt magis diſpoſitus, quam is, qui tantùm eſt attritus, & cognoſcit ſe eſſe attritum: at is non eſt ſufficienter diſpoſitus ad dignè celebrandum: Ergo nec ille.*

Ignorantia, quæ dicitur bona fides, non facit quidem celebrantem magis diſpoſitũ poſitiuè, benè tamen mortaliter: quia interim excuſat illum à peccato mortali, ne indignè dicatur accedere, & reddit inſuper capacem gratiæ. Becan *l. c. n. 6.* ex S. Thom.

158 *Sacramentum Euchariſtiæ, vt conferat primam gratiam, requirit ne ſemper præuiam attritionis diſpoſitionem?*

Aliqui, vt Durand. Palud. & Vaſq. *3. p. d.* 205. *n.* 32. docent ſufficere, ſi recipiens ex ignorantia, vel obliuione inculpabili credat ſe in gratia exiſtere, quãuis verè ſit in peccato mortali. Sed reſoluendum eſt requiri prorſus attritionem ſupernaturalem: quia peccatum, quod voluntariè committitur, non remittitur ſine voluntaria retractatione, quam Deus nõ acceptat, niſi fiat ex motiuo ſimpliciter honeſto, & licitè ſit recipiens non peccet, ponit tamen obicem gratiæ per mortale peccatum ſufficienter non retractatum. S. Thom. *cit. quæſt.* 79 *a.* 3. Valent. *tom* 4. *diſp.* 5. *q.* 1 *p.* 4. Suar. *tom.* 3. *diſp.* 63. *ſect.* 5 Filliuc. *tom.* 4. *num.* 169. Baſſæus *v. Sacram. IV. num.* 5.

Nil officit, modò cetera neceſſaria concurrant. Laym. *l* 5. *t*. 1. *cap* 4. *num*. 5.

142 *Prauitas Miniſtri impedit ne confectionem S Euchariſtię?*

Miniſter ſiue probus, ſiue improbus ſit, dũmodo eſſentialis adhibeat, quæ sũt materia, forma & debita intẽtio, ſemper cõficit, & cõfert Sacramentũ Trid. *ſeſſ*. 7 *can*. 12.

143 *Duo Sacerdotes ad conſecrationem concurrunt, vnus incipit, alter formam abſoluit, valida ne conſecratio?*

Prorſus irrita eſt: quia deficit integritas ſubſtantialis formæ.

144 *Quid, ſi plures integrè proferant eamdem formam ſuper eamdem materiam?*

Si totaliter, & eodem tempore formam abſoluant, omnes conſecrabunt; ſi ex ijs vnus prior alijs formam abſoluat, ille ſolus conſecrabit. S Thom. 3 *p*. *qu*. 66. *art*. 3. *ad* 4. Fran Lugo *l*. 1. *de Sacr*. *c*. 2 *queſ*. 14. *num*. 107. Eſcobar *de Sac*. *Euch*. *cap*. 4. *quæſt*. 2.

145 *Cùm ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, quo Chriſtus Dominus, victima Deo Patri acceptatiſſima, immolatur in odorem ſuauitatis, ſumma pietate, ac puritate animi peragere deceat. Ideò requiro, quæ diſpoſitio in Sacerdote celebraturo neceſſaria ſit?*

In primis probare ſe ipſum debet Sacerdos, an habeat conſcientiam alicuius mortalis ſceleris, quod pœnitentiæ adminiculo priùs expiari neceſſe ſit.

146 *Sacerdoti, qui eſt ſacrificaturus, quæ probatio eſt neceſſaria?*

Ea, quam ex verbis D. Pauli 1. *Corinth* expli-

pli-

plica Trid *ſeſſ.* 13. *cap.* 7 *Eccleſiæ autem conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præuia ſacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam vel conficiendam, vel ſumendam accedere præſumat.*

147 *Quid ſi fœdatus lethali culpa celebret Sacerdos.*

Grauis ſacrilegij ſcelere ſe obſtringit. Quod colligitur ex Apoſtolo *in epiſt.* 1. *Cor. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans Corpus Domini.* Quæ verba formidinis plena Sacerdotis ſacrificaturo nunquam debet excidere animo Hæc tamen reſponſio intelligenda eſt ſi adſit Sacerdos, cui alter commodè confiteri poſſit.

148 *Non datur copia Confeſſarij, quid faciendum Sacerdoti ſacrificaturo?*

Vel vrget ſacrificandi neceſſitas, vel non; ſi vrget, actum contritionis elicere debet, cum propoſito quamprimùm confitendi; ſi non vrget, ſatiùs eſt miſſam intermittere, quàm ſine præuia confeſſione celebrare. Coninch. *qu* 80. *art.* 4.

149 *Quibus in caſibus cenſendum eſt deeſſe copiam Confeſſarij; vt proinde premente neceſſitate. Sacerdoti ſacrificare liceat, ſolo elicito contritionis actu?*

In his duobus caſibus. Primò ſi nullus ſit præſens approbatus ſacerdos, ad abſentem autem facilis non ſit acceſſus, ſpectatis cir-

cum-

cumſtantijs perſonæ,loci temporis,difficul. tatis.Secundò,ſi adſit quidem Confeſſarius ſed ignarus idiomatis,vel carens iuriſdictio. ne,vel excommunicatus,vel cui non poſſit confiteri ſine periculo damni, vel ſcandali. Laym. *l.5 t.4. c.6.n.6.*

150 *Sacerdos in mortali exiſtens habet Confeſſarium præſentem ſed non eum, cui libenter, deuotiùs, & vtiliùs ſolet confiteri, poteſt ne differre confeſſionem, & interea ſolùm contritus celebrare?*

Licèt aliqui affirment, vt Ricard. 4. *diſt.* 14. *art.*3. *q.*6 §. *vnius*. Alij tamen abſolutè negant,vt *Bonac.diſp* 4 *q.*6 *p.*1 *n.*27. Dian.*p.* 9.*t* 3 *reſ.*13. Fagund. *præce.*3.*l.*3 *c.*9,*n.*107. & 108. Quorum ſententia omninò tenenda eſt. Quia Trident *ſeſſ* 13.*c.*7. ſolùm excipit caſum carentiæ Confeſſarij, qui hoc caſu non poteſt dici deficere.

151 *Recenſe neceſſitati caſus, quibus, deficiente Confeſſario, Sacerdoti in mortali exiſtenti, celebrare licet, præmiſso contritionis actu?*

Quatuor reperio caſus. Primus eſt, ob communicandum infirmum per modum viatici, quando hoſtia conſecrata deſit,& infirmus alioquin ſit moriturus.Secundus,ſi Sacerdos ſine periculo vitæ. infamiæ, vel ſcandali à celebratione abſtinere non poſſit Tertius,ſi occurrat feſtum,in quo Sacer. dos ex officio, quia eſt Parochus,celebrare debet; neq;populus ab alio miſſam audire, vel ſine murmure,aut ſcādalo dimitti poſſit. Quartus,ſi peracta conſecratione,recor. detur ſacrificans ſe mortali crimine, vel cen-

cenſura obſtrictum eſſe. Card. de Lugo de *Euchar. diſp.* 14. *nu.* 107. Bonac. *diſp.* 4. *qu.* 6. *punct.* 1. *num.* 22. & 25.

152 Non excuſat tamen maior deuotio, vel celebritas feſti. Neq; commoditas, aut vtilitas maioris fructus ſpiritualis proprij, vel alieni. Vnde Sacerdos exiſtens in mortali, etiam præmiſſo contritionis actu, nō debet ſacrū facere pro defuncto preſēte, pro implēdo onere Capellaniæ, pro benedictione nuptiarū, neq; pro paupertate, ſi v. g. viuat ſtirpe Miſſæ. ſed debet quærere Confeſſariū, etiamſi ſpatio milliarij diſtaret. Fran. Lugo *l.* 4. *de miſſ. c.* 6. *q.* 6. *n.* 55. citans Henriq. Suar. Coninch. Idem docet Bonac. *cit. diſp.* 4. *q.* 6. *n.* 33. Quia Trid. requirit, quòd vrgeat neceſſitas, copiaq; Confeſſarij deſit.

153 *Inter celebrandum Sacerdos vel labitur, vel recordatur eſſe in peccato mortali, quid ſibi agendum?*

Si id accidat ante cœptum canonem debet, vel confiteri ſi abſque ſcandalo poſſit, vel ab Altari recedere. Si verò id fieri non poſſit ſine ſcandalo, debet actum contritionis elicere, Miſſamquè perficere: peracto autem ſacrificio, habitaquè Confeſſarij copia, tenetur ſtatim confiteri. Henriq. *l.* 8. *cap.* 40. *n.* 3. & Bonac. *cit. q.* 6. *p.* 1. *nu.* 15.

154 *Nonne ſufficit in hoc caſu inſtituere confeſſionem, cùm rurſus Sacerdos Sacrum facere voluerit; ſicuti permittitur laicis, qui communicant ob eamdem neceſſitatem?*

Non ſufficit, quia Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 7. præcipit vt Sacerdos, qui, premente neceſſitate,

celebrauit abſq; præuia confeſſione, ſtatim habita Confeſſarij copia, confiteatur; quod præceptum non extenditur ad laicos, qui nō tenentur, niſi cùm rurſus communionem ſu. mere voluerint. Coninc *q.80.a.4.dub.2* Bonac *cit.q.6 p.2 n.36* Non videtur tamen dã. nandus culpæ mortalis Sacerdos, qui ſtatim non confitetur iuxta ſententiam multorũ.

155 *Dubitat Sacerdos, an mortaliter deliquerit, vel peccato conſenſerit, vel mortale aliquod confeſſus ſit; tanetur ne antequam celebret, confiteri.*

Si Sacerdos in partem affirmatiuã magis inclinet, tenetur ante celebrationem confiteri Nau. Sanch. Fill. quos citat, & ſequitur Bonac. *cit.q 6 p 1.n.* 11 qui idem aſſerit, ſi æquè dubitet Tum quia poſſeſſio in tali caſu ſtat pro præcepto Tum quia ſacerdos ſe exponeret periculo celebrandi in mortali. Si verò probabiliter opinetur ſe mortaliter non peccaſſe, vel mortale confeſſum eſſe non tenetur confiteri. Quia licitum eſt cuique probabilem opinionem ſequi, relicta etiam probabiliori. Ita Doctores ſupra cit.

156 *Dolor elicitus a Sacerdote non pertingit ad gradum contritionis, ſed ſolius attritionis, cenſenda ne ſufficiens diſpoſitio ad dignè celebrandum?*

Attritio cognita non eſt ſufficiens diſpoſitio; attritio autem. quæ à ſacerdote prudenter, & bona fide putetur contritio vtique ſufficiens eſt diſpoſitio ad dignam celebrationem S. Tho 3.*p ar.3.* Laym. *l.5.t 1.c.6. n.2.* Becean. *de Sacram. c.22.q.1. nu.5.*

157 Obie-

157 Obiectio. *Ignorantia non facit celebrantem magis diſpoſitum ad dignè celebrandum, & ad effectum gratiæ; ſed quod Sacerdos exiſtimet ſe eſſe contritum, cùm tantùm ſit attritus, id prouenit ex ignorantia: Ergo non eſt magis diſpoſitus, quam is, qui tantùm eſt attritus, & cognoſcit ſe eſſe attritum: at is non eſt ſufficienter diſpoſitus ad dignè celebrandum: Ergo nec ille.*

Ignorantia, quæ dicitur bona fides, non facit quidem celebrantem magis diſpoſitũ poſitiuè, benè tamen mortaliter: quia interim excuſat illum à peccato mortali, ne indignè dicatur accedere, & reddit inſuper capacem gratiæ. Becan *l. c. n. 6.* ex S. Thom.

158 *Sacramentum Eucharistiæ, vt conferat primam gratiam, requirit ne ſemper præuiam attritionis diſpoſitionem?*

Aliqui, vt Durand. Palud. & Vaſq. 3. *p d.* 205. *n.* 32 docent ſufficere, ſi recipiens ex ignorantia, vel obliuione inculpabili credat ſe in gratia exiſtere, quãuis verè ſit in peccato mortali Sed reſoluendum eſt requiri prorſus attritionem ſupernaturalem: quia peccatum, quod voluntariè committitur, non remittitur ſine voluntaria retractatione, quam Deus nõ acceptat, niſi fiat ex motiuo ſimpliciter honeſto, & licitè ſit recipiens non peccet, ponit tamen obicem gratiæ per mortale peccatum ſufficienter non retractatum. S. Thom. *cit. quæſt. 79 a. 3.* Valent. *tom 4. diſp. 5. q. 1 p. 4* Suar. *tom. 3. diſp. 63. ſect. 5* Filliuc. *tom. 4. num. 169.* Baſſæus *v. Sacram. IV. num. 5.*

159 *Quæ-*

159 *Quomodo inter ſe differunt contritio, & attritio?*

Differunt per hoc, quòd contritio eſt animi dolor de peccato commiſſo, quatenus eſt offenſa Dei, ſummè dilecti, cùm propoſito ſaltem virtuali non peccandi de cetero. Attritio verò eſt dolor de peccato, non prout eſt offenſa Dei, ſed conceptus ex timore penarum, v. g. damnatio æternæ, vel priuationis cœleſtis beatitudinis, vel ſupplicij à Deo in hac vita infligendi. Becan. *de Sacram. c.* 35. *q.* 1. Bonac. *diſp.* 5. *q* 5. *p.* 3. *n* 13.

160 *Sacerdos, qui non habet, á quo Miſsam audiat die feſto, tenetur ne celebrare, vt præcepto de audienda Miſsa ſatisfaciat?*

Secluſo ſcandalo, ſola neceſſitas adimplendi præcepti Eccleſiaſtici non eſt ſufficiens cauſa, vt celebret; eò vel maximè, ſi quo delicto mortali eſſet obſtrictus. Suar. *diſp.* 66. *ſect.* 4 Filliuc. *tr.* 4 *nu.* 217. Bonac. *de Euchar diſp.* 4. *q.* 6 *p* 1 *n.* 25.

161 *Quoad diſpoſitionem animæ requiritur ne aliud in Sacerdote celebraturo præter gratiam ſanctificantem?*

Prærequiruntur matutinæ præces, quòd ſcilicèt Sacerdos ante Miſſæ celebrationē recitauerit Matutinum cum Laudibus, tum cuiuſdam præparationis cauſa: tū quia Matutinū ad noctem pertinet, Miſſa ad diem.

162 *Delinquit ne Sacerdos, qui Miſſam celebrat, antequam matutinas recitauerit preces?*

Sine vllo peccato ſacrificare poteſt Sacerdos, nondum dicto Matutino, ſi cauſa ita cele-

celebrandi concurrat. Sin nulla ſubſit cauſa, delinquit quidem, ſed tantum venialiter, ob venialem negligentiam Leſſ. *l.* 2. *c* 37 *dub.* 12. Laym *l.* 5. *c.* 4. *n* 5. Dian. *p.* 2. *tr.* 14. *reſ.* 36. Bonac. *de Sacrific. diſp.* 4 *q vlt. p* 11. *n.* 20. qui notat rubricam, de præmittendo Miſſæ matutinas preces, eſſe tantùm directiuam, vel certè eſt præceptiua, non eſſe receptam niſi ſub veniali obligatione. Vide infra Epitomen Sacr. Rituu *cap.* 10. *num.* 1.

163 *Sacerdos iuxta de cauſa, v. g. infirmitatis, vel occupationis excuſatur ab officiẏ canonicis recitatione, valet ne ſacrum peragere?*

Sacerdos, qui ob iuſtam cauſam non tenetur horas canonicas recitare, poteſt nihilominus celebrare Miſſam, ſicuti docent Sot. Sà, Suar. Azor. quos citat, & ſequitur Laym. *cit. num.* 5.

164 *Tenetur ne celebraturus præmittere preces, ante miſſam pro opportunitate dicendas?*

Laudabiliter præmittuntur, quando datur opportunitas nullum tamen omiſſio inducit peccatum, ſi ſcandalum, & contemptus abſit.

Sacerdos tamen haud negligat corda Domino preparare, implorareque ab eo ſeruoris, & deuotionis ſubſidia, ad tantum myſterium dignè, fructuoſeque peragendum.

Quid autem dicendum de precibus, ad indumenta ſingula præſcriptis, vide infra Epitomen Sac. Rituu. cap. 10. *num.* 2.

165 *Requiritur ne aliqua diſpoſitio ex parte corporis?*

Requiritur, vt ſacrificaturus ſit ieiunus, ita,

ita,vt à media nocte præcedentis diei nihi omninò per modum cibi,potus, aut medicinæ ſumſperit; quod vſus,& praxis Eccleſiæ ab Apoſtolorum tempore incœpta,con firmat. S Thom. *3.p.q* 80.*art* 8. *ad* 4.

166 *Sacerdos parum aquæ, vini, cibi deguſtauit vnáquè cum ſaliua deglutiuit, cogitur nè è celebratione abſtinere?*

Vel modicum quid aduertenter deguſtauit,& traiecit, & tunc cenſeri debet fracti ieiunium Ideòq; celebrare prohibetur. Ve omninò caſualiter deglutiuit, & tali caſu neque fractũ ieiunium,neq; impediri à celebratione,docet Laym *l.5.t.4 c 6.n* 18 & Card. Ludo *d.* 15 *ſ.*1 *nu.*23. Quia id cibi potus,aut medicinæ rationem non habet Bonac. tamen *d.*4 *q.6.p.2.n 6.*cum Fagund. & Coninc. cenſet, neque in priori caſu violari ieiunium ſi parum aquæ,vini,cibi,iuſcul traiciatur cum ſalliua, & ita mixtum ſáliuæ, vt per modum vnius deglutiatur.

167 *Deglutiuit Sacerdos aliquid non comeſtibile,v g. eſſiculum, fruſtillum lignis, vnguis, creta, papyri, metali, impeditur ne á faciendo ſacro?*

Affirmant Henriq. Scortia, Fagund. quo ſequitur Laym.*l.5 tr.4.c 9 nu* 18. Bonac.*cit pun.2 n.*10. Quia ad violationem ieiunij nihil refert;aiunt iſti vtrum id,quod ſumitur nutriat,vel non nutriat, dummodo per modum cibi, vel potus ſumatur.

Sed contrariũ probabiliùs ſuſtinent Syl Ledeſ Sanc Eſcob. quibus ſubſcribit Fran Lugo *l* 4.*de Euch.cap.7. qu.4.n.*24 Dian. *p.*2

tract 14.

tract.14.reſol.52. & par.3.tr.4. reſol.38. Cad. de Lugo *de Euchar diſp. 15 num. 9.* Quia res ſupradictæ, cùm ex ſua natura non ſint comeſtibiles, aut potabiles, propriè non habent rationem cibi, aut potus; proinde licèt aduertenter ſumantur, non ſoluunt ieiunium, & conſequenter nec à faciendo ſacro impediunt.

168 *Tranſmiſit ad ſtomachum cibum, vel liquorem Sacerdos, ſed illicò totum reiecit?*

Cenſeri debet ſolutum ieiunium, vt celebrare eo die amplius non poſſit Tol *l.6.c.3. n 5.* modò aduertenter, & in notabili quantitate tranſmiſerit.

169 *In eluendo ſibi faciem, traicit ſemel, atque iterum per nares ad ſtomachum parnum aqua, prohibetur ne celebrare Sacerdos?*

Non prohibetur quia ad frangendum naturale ieiunium, requiritur, vt aqua, vel cibus ore acceptus ſit, atque per propriam, ac vitalem actionem comedendi, & bibendi ad ſtomachum traiectus fuerit Idemquè dicendum de tabaci pulueribus, per nares ad fauces, & hinc ad ſtomachum tranſmiſſis. Layman *l.5.t 4 c.6. nu.1 S* Paſqualigus *deciſ.323.* Fanc. Lugo *loc. cit. num. 33.*

170 *Dubitat Sacerdos, vtrum mediam noctem cænando exceſſerit, vel maſticando aliquid deglutiuerit, cogitur, ne ſequenti die ſacrificium relinquere?*

Tutiorem partem in tali caſu eligendam eſſe, ob Sacramenti reuerentiam, docet Sãchez *lib. 2. de matrim. d 41. nu.40.* Fagund.

pra-

præcep. 3. lib. 3. cap. 5. nu. 18. Sed plauſibilior videtur permiſſio Laym. Dianæ, Ioan. Sancij, vt ſacrificare Sacerdoti liceat, etiam ob ſolam deuotionem. Tum quia lex Eccleſiaſtica in caſu dubio non videtur tàm arctè conſtringere conſcientias, cùm non agatur de valore Sacramenti. Tum etiam, quia in dubio factum præſumi non debet, neque cenſetur irreuerens, qui iuris præſumptionem ſequitur. Laym. *l. 1. t. 1. c. 5. nu. 36* Diana *p. 3. tr. 4. R. 37.* Medulla *the. mor. l. 1. t. 2. c. 2. d. 3. num 6.*

171 *Licet ne aliquando Sacerdoti ſacrum facere non ieiunio?*

Proculdubio conceditur in ſequentibus caſibus. Primò, ſi aquam loco vini ex errore in calicem infuſam ſumpſerit. Secundò, ſi poſt ſumptam ablutionem reperiat aliquod fragmentum præſumpte hoſtiæ ſuper pate. nam vel corporale; nam horum fragmentorum ſumptio ſpectat ad vnum, & idem ſacrificium. Tertiò, ſi poſt conſecrationem ægritudine correptus ſacrificans non poſſit proſequi ſacrificiũ, vel è viuis excedat; poteſt, imò debet alius, etiam non ieiunus, ſi ieiunus non adſit, perficere ſacrificium. Quartò, ſi inter celebrandum Sacerdos recordetur ſe non eſſe ieiunum, ab Altariquè ſine ſcandalo recedere non poſſit: vel ſi iam facta ſit conſecratio Nã in vtroque caſu debet celebrans progredi in ſacrificio S. Th Suar. Valent. Coninch quos citat, & ſequitur Laym. *l. 5. t. 4. c 6 n. 21 & 22.*

172 *Poſt ſumptionem ſanguinis remanet*

par-

particula hoſtiæ conſecratæ inhærens calici quid agere debet ſacrificans?

Debet illam extrahere, non digitis, ſed alia, & alia ablutione, ſi opus fuerit, & ſic extractã vnà cum ablutione ſumere, nihil obſtante, quòd priùs deglutiantur ablutionis partes. Quia tota illa ſumptio, vt dixi, cenſetur vna moralis actio, pertinens ad eamdem communionem decenter perficiendam: & iuxta Eccleſiæ intentionem, ac praxim adhuc ſacerdos cenſetur ieiunus, ad ſumendas eiuſdem Miſſæ reliquias. Card. de Lugo *de Euchar. diſ. 15. ſect. 4. nu. 76.* Bonac. *diſp 4. q. 6 punct. 2. nu. 12.*

173 *Ab Altari iam receſſit Sacerdos, in Sacriſtia verò inuenit aliquod fragmentum, hærens patenæ, quid de illo faciendum?*

Committendum eſt alii Sacerdoti celebraturo, vt illud ſumat, vel in ſacrariò reponendum eſt: quod ſi neutrum fieri queat, Sacerdos etiam non ieiunus ſumere poteſt. Eſcobar *t 7 c 5.* ex Suar.

174 *Poſtquam ſacrum peregit, quandiù à cibo, & potu abſtinere debet Sacerdos?*

Licèt non teneatur à cibo, & potu abſtinere, ſed poſſit ſtatim à Sacriſtia ad prandium accedere, vti docet Valen. *3 p. q. 8 v. poſtremò*: quia nullum extat de hac re præceptum. Tamen validè decens eſt expectare, vſque dum ſacramentales ſpecies conſumptæ ſint, præſentiaquè corporea Chriſti ſub illis eſſe deſiuerit. *Sá ver. Euchariſtia.*

175 *Quandonam cenſetur deſinere præſentia corporalis Chriſti in eo, qui communicauit?*

Statim ac naturali calore alteratæ, conſumpteque ſunt ſacramentales ſpecies; quod pro robore ſtomachi ſumentis, & magnitudine hoſtiæ plus, minùsuè temporis requiritur. Valent. *diſp 6 q 4 p.1.* ex S. Tho. *qu* 80. *art.8. ad 6.*

176 *Sacerdos quilibet poteſtne licitè diſpenſare fidelibus Sanctam Euchariſtiam?*

Vt licitè extra neceſſitatis caſum eam diſpenſet, debet eſſe vel Paſtor ordinarius vel ab eo commiſſionem expreſſam, vel præſumptam habere. Vaſq. *diſp. 219. c. 2.* idquè praxis Eccleſiæ confirmat.

177 *Quis in mortali exiſtens adminiſtrat alijs S. Euchariſtiam, quanâ macula fœdatur?*

Aliqui: vt Vaſq Dian. Eſcob. quos ſequitur Card. de Lugo *de Sacr d. 8 n. 155.* ſolùm venialis culpę damnant Miniſtrum. Quia in tali caſu (aiunt) Sacerdos non conficit, ſed tantùm miniſtrat S. Euchariſtiam, & eſt veluti applicans actiua paſſiuis. Sed reum mortalis criminis faciunt S. Th. Suar. Laym. Bonac. quos ſequitur Fill *t.1 c.6. n 87.* Quia Sacerdos eſt publicus Eccleſiæ miniſter, conſecratus, & deputatus ad hoc Sacramentum miniſtrandum: ideòquè debet illud ſanctè, & dignè miniſtrare.

178 *Cùm ſecundùm hanc poſteriorem ſententiam indignè miniſtrans mortaliter peccet, requiro, an tot mortalia committat, quot ſunt perſonę, quibus miniſtrat?*

Committit vnicum tantùm mortale peccatum; quia vnica eſt diſtributio, vnaquè indigna adminiſtratio, moraliter cō tinuata

Henriq.

Henriq. Fill. *l c n.87. & tr.4. nu.271.* contra Bonac. & Coninch qui minus probabiliter putant tot peccata committere, quot ſunt perſonæ, quibus diſpenſat.

179 *Eſt ne vna, & eadem ratio Euchariſtiæ, & Sacrificij?*

Non eſt vna, & eadem, ſed diſtincta Primò, quia S Euchariſtia, quatenus conficitur & in pyxide aſſeruatur, rationem Sacramẽti, non ſacrificij habet: quatenus autem offertur, ſacrificij, non Sacramenti naturã induit. Secundo, quia eſſentia ſacrificij requirit conſecrationẽ, & oblationẽ vtriuſq; ſpeciei: eſſentia verò ſacramenti ſaluatur ſub vna tantũ ſpecie. Tertiò, quia ſacrificiũ ordinatur ad colendũ Deum, Sacramentũ ad ſanctificandam, vel magis ſanctificandam ſuſcipientis animam S Th. *3 p.qu.79. art.5.*

180 *In actione Miſſæ quid perficitur priùs Sacramentum, an ſacrificium?*

Perficitur priùs Sacramentum: Quia hoc perficitur per conſecrationem vnius ſpeciei; ſacrificium autem per conſecrationem, & oblationem vtriuſque.

181 *Si Sacerdos in actione Miſſę vel ex ignorantia, vel malitia vellet conficere Sacramentum & non ſacrificium fieret ne iuxta ipſius intentionem?*

Non fieret, ſed neutrum ſacerdos præſtaret. Quia vtrumque inſeparabiliter fuit inſtitutum, vt nemò poſſit validè conſecrare, niſi ſacrificando, nec ſacrificare, niſi conſecrando. Quod deſumitur ex verbis ipſius Christi. *Hoc facite in meam commemoratio-*

nem.Suar.*tom*.3. *diſp* 43.*ſect*.3.§. *dico primò*. Card. de Lugo *de Euch diſp*.19 *n*.103 & 104.

182 *Quis eſt principalis offerens in ſacrificio Miſſæ?*

Principalis offerens eſt Chriſtus Dominus, qui offert ſacrificium per miniſterium Sacerdotum, qui ſunt veluti legati Chriſti Domini, & interceſſores Eccleſiæ ad Deum. Bellarm. *lib*.2. *de Miſſa cap*. 4.

DE
EFFECTV SIVE FRVCTV
Sacrificij Miſſæ.
CAP. XXXII.

PRO DOCTIORIBVS, SEV CANDIDATIS THEOLOGIÆ.

183 *Quotuplex fructus prouenit ex ſacrificio Miſſæ?*

Duplex, alter ex opere (vt vocant) operato, alter ex opere operantis.

184 *Quid ſibi vult hic duplex terminus*, ex opere operato, & ex opere operantis.

Ex opere operato ſignificat ex vi inſtitutionis Chriſti,& ex efficacia rei oblatæ,ſcilicèt Corporis, & Sanguinis Domini, vltra meritum,& dignitatem offerentis. Ex operè verò operantis ſignificat ex diſpoſitione dignitate, & meritò offerentis.

185 *Quis fructus prouenit in ſacrificio Miſ-*

Miſſa ex opere operato ?

Eiuſmodi fructus, ſed effectus eſt duplex, alius propitiationis; alter ſatisfactionis.

186 *In quo conſiſtit effectus propitiationis ?*

Conſiſtit in hoc, quòd Deus intuitu rei oblatæ in ſacrificio Miſſæ redditus propitius confert auxilia gratiæ actualis peccatoribus, ad iuſtificationem obtinendam; iuſtis verò, ad maiorem cumulum gratiæ, Filliuc. *t.4.c.6. q.2. n.157.*

187 *Sacrificium Miſſa poteſt ne aliquando conferre primam gratiam, & delere peccata ?*

Oblatio Miſſæ per ſe, & immediatè non habet vim conferendi primam gratiam, & remittendi mortalia; alioquin non eſſet ſimpliciter neceſſarium Sacramentum pœnitentiæ in re, vel in voto, ſed ſufficeret oblatio Miſſæ, quod quidem videtur admittere Valent. *t.4. diſ.6. q.11. p.1. §.2.* ſed ab omnibus reijcitur.

Mediatè tamen ſacrificium Miſſæ prodeſt peccatoribus, pro quibus offertur, ad iuſtificationem: quatenus Deus intuitu illius victimæ, ſibi acceptatiſſimæ, confert tempore oportuno auxilia gratiæ exc tantis, qua peccator actum contritionis eliciat, & ſic in Dei gratiam redeat. Ita Suar Vaſq. Bellarm. Fill Laym Bonac. quos ſequitur Card. de Lugo *de ſacram diſp.* 19.n.137. ex Conc. Trident. *ſeſſ* 22.*cap* 2.

188 *In quo conſiſtit effectus ſatisfactionis ?*

Sacrificium Miſſæ præter vim reddendi Deum propitium, habet etiam virtutē de-

lendi pœnam debitam peccatis, luendam, vel in hac vita per opera ſatisfactionis, vel Purgatorio per opera ſatisfactionis. S Tho. *qu.70. art. 5. & 7.*

189 *Hic duplex fructus propitiationis, & ſatisfactionis eſt ne certus, & infallibilis?*

Effectus propitiationis eſt certus, & infallibilis, niſi ponatur obex in ſubiecto: ſimiliter effectus ſatisfactionis, nempè remiſſio pœnæ, ſit ſemper, ſi in iis, pro quibus Miſſa offertur, neceſſariæ conditiones concurrant. Laym. *l.5. t.5. c.1. n.4.*

190 *Quę conditiones requirunt, vt ij, pro ut quibus Miſſa offertur, duplicem illum fructum percipiant?*

Prærequiruntur quatuor conditiones Prima eſt capacitas, qua habetur per Baptiſmũ poteſt tamen prodeſſe etiã non baptizatis quoad impetrationẽ. Secunda eſt ſtatus, nempè viatoris, pro nomine comprehẽdunt etiam animæ Purgatorij, quia nondum ad vltimum gloriæ terminum peruenerunt. Suar. *t.3 d.79. ſ.*10. Tertia eſt indigẽtia, vt ſcilicèt ille cui ſacrificium offertur, habeat aliquem reatum pœnæ temporalis, ex culpa remiſſa relictũ; nam ſi culpa nondum ſit remiſſa, neq; remittetur pena Suar. *cit.* Laym *l 5 tr.5. n.4. c.1* Quarta eſt diſpoſitio, vt homo exiſtat in Dei gratia: quod intelligitur quoad fructum ſatisfactionis, cuius nõ eſt capax exiſtens in mortali niſi ſaltem per actum contritionis ſe diſponat. Laym *cit.* Quoad fructũ verò impetrationis, certum eſt Miſſam prodeſſe etiã pec-

cato-

catoribus, vt ſupra explicatum eſt S. Tho. 3. *p. q. 89. art. 7. ad 2.* Fran. Lugo *l. 5. de Miſſa c. 4 qu. 7. nu 69.*

Non deſunt tamen, qui cenſent pœnam peccatis iam condonatis debitam poſſe remitti homini, in peccato mortali exiſtenti; quod mihi non placet, quia nec placet. S. Thomæ, Suar. Laym. & Lugo loc. cit.

191 *Explicato duplici effectu ſacrificii Miſſæ ex opere operato, dicas, de fructu ex opere operantis?*

Triplex eſt operans, ſiue offerens in ſacrificio Miſſæ, nempè Chriſtus, Eccleſia, & Miniſter, & iuxta cuiuſque variam dignitatem, & intentionem, varius etiam, & multiplex prouenit effectus.

192 *Recenſe ſingulorum offerentium varium effectum?*

Sacrificium Miſſæ, quatenus offertur in perſona Chriſti, habet vim varia dona, & beneficia tum ſpiritualia, tum temporalia à Deo impetrandi; ideòq; vocatur impetratorium. Laym *l. c. n.* 8. Quatenus verò offertur nomine Eccleſiæ, habet vim impetrandi eadem beneficia independenter à dignitate Miniſtri: nam in Eccleſia, hoc eſt in cœtu Chriſtianorũ, ſemper multi ſunt iuſti Deoquè grati, atque ad impetrandum idonei. Denique vt offertur à proximo Miniſtro habet vim ſimiliter impetrandi varia beneficia; & præterea merendi, & ſatisfaciendi, ſi ſit in ſtatu gratiæ Hoc intereſt, quòd pro ſe tantùm poſſit mereri de condigno, ſatiſfacere autem, & impetrare etiam pro alijs.

Becan. *de Sacram.cap.25. quaſt.11. num.5.*

193 *Effectus imperationis ex opere operantis eſt ne ità certus, & infallibilis, ſicut eſt effectus ex opere operato?*

Non ita certus, quia non habemus de ea re promiſſionem Dei abſolutam, ſed tantùm conditionatam, ſi nempè quod impetrare intendimus ſecundùm Dei prouidentiam ad ſalutem nobis expediat.

Verumtamen ſi interdum non impetramus, quod per ſacrificium petimus, aliud tamen nobis confertur, quod vtilius, ac melius eſſe Deus iudicat. Vide Laym. *loc. ſup. cit.*

194 *Miſſa mali Miniſtri eſt ne æqualis valoris, ſicut Miſſa Sacerdotis probi?*

Miſſa mali Sacerdotis quoad fructum ex opere operato, & ex opere operantis ipſius Chriſti, eſt æqualis valoris, ſicut Miſſa boni; quia iſte vnior non pendet ex diſpoſitione, aut dignitate miniſtri S.Tho. 3.*p q.82. art.2.* Miſſa ſimiliter improbi Miniſtri, quatenus orat, & offert nomine Eccleſiæ, non minùs valet, quàm oblatio probi. quia *etiam in peccatore manet miniſterium, modo non ſit excommunicatus, non toleratus*, ait S.Thom. *loc. cit. art.7 ad* 8. Miſſa verò peruerſi Sacerdotis, vt eſt priuata perſona quoad vim impetrandi in Memento, vel per preces, & orationes, non eſt æqualis valoris, & ita fructuoſa, ſicut Miſſa boni. Idem S.Doctor 2.2. *q.* 83. *art.* 16. & Tolet. *lib.* 2. *cap.*8.

PRO QVIBVS SACRIFICIVM Miſsæ offerre licet.

CAP. XXXIII.

195 Quibus *ſacrificium Miſſa offerri debet?*

Supponendum ſacrificium Miſſæ eſſe latreuticum propitiatorium, ſatisfactorium, & impetratorium.

Igitur vt eſt latreuticum, ſcilicèt inſtitutum ad colendum Deum, ſoli Deo, & nemini alij fieri debet, quia cultus latriæ ſoli Deo conuenit.

196 *Poteſt ne offerri pro Beatis, & Sanctis?*
Quatenus eſt latreuticũ, ipſis non poteſt offerri eſſet enim idolatria; neq; vt eſt propitiatorium, aut ſatisfactorium, quia Beati, liberi ſunt ab omni culpa, & pœna; neque tandem vt eſt impetratorium, quia eis non poteſt augeri gratia, vel gloria. Ita Innoc. III. *in cap. cum Marthę de celebrat. Miſſar.* Vide Bellarm. *lib. 2. de Miſ. cap.* 8.

197 Obiectio. *Nonne Eccleſia in honorem Sanctorum celebrare Miſſas conſueuit. Ergo ipſis offerri poßunt?*

Miſsæ in memoriam Sanctorum laudabiliter celebrantur, quatenus ſunt ſacrificium laudis, & gratiarum actionis pro ipſorum victorijs, & eis collata beatitudine, non tamen illis ſacrificium offertur, ſed vni Deo, qui Sanctos immortali gloria

coronauit. Trid. *ſeſſ.* 20. *cap.* 3.

198 *Si ita eſt, cur in Miſsa dicuntur illa verba,* vt illis (*ideſt Sanctis*) proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem?

Illa oratio eò tendit, vt Sancti glorificentur à nobis in terris; ex qua glorificatione tamẽ nõ augetur ipſis eſſentialis gloria, ſed tantũ accidẽtalis lætitia. Lay *l* 5. *t* 2. *c.* 2. *n.* 4

199 *Iam quoniam mentionem feciſti eſſentialis, & accidentalis Beatorum gloriæ, aperias; in quo vtraque conſiſtat?*

Eſſẽtialis gloria cõſiſtit in clara Dei viſione, quę in Beatis non poteſt augeri, vel minui progreſſu tẽporis: accidentalis verò cõſiſtit in quodam gaudio, & lætitia, quã percipiunt Sancti ex peculiaribus reuelationibus, tũ intra, tum extra viſionem beatificã à Deo ſibi factis, & quam maximè noſtræ in eos deuotionis S Tho 1 *p. q* 1 *art.* 17 Vide etiam Becan. *t.* 1. *c.* 9. *q.* 13 *n.* 13. & 26.

200 *Quid, ſi anima eius, pro quo ſacrificat ſacerdos, damnata ſit ad inferos, vel cœleſti beatitudine fruatur?*

Fructus ſacrificij in tali caſu tranſit in theſaurum Eccleſiæ; niſi aliam explicitè, vel implicitè habeat intentionem ſacrificans. Fill. *cap.* 3. *de Sacrif. num.* 78.

Hinc obiter moneo, conſultum eſſe, vt ſacerdos, poſito quòd is pro quo celebrat, ſit incapax eiuſmodi fructus, habeat intentionem ſaltem virtualem applicandi ſacrificiũ parentibus, amicis viuis, vel defunctis ſecũdùm diſpoſitionem Diuinæ prouidentiæ, ſubſtituẽdo vltimo loco animam Purgatorij,

rii, magis indigentem, magiſquè ſuffragiis deſtitutam. Et hæc iam recepta eſt praxis multorum ſacerdotum.

201 *Quoad viuentes, quibus applicari, & prodeſſe poteſt ſacrificium Miſsę?*

Pro adultis baptizatis, & Eccleſiæ membris ſacrificium Miſsæ vtiliter offertur, tũ quoad fructum ex opere operato, tum quoad fructum ex opere triplicis operantis, nempè Chriſti, Eccleſiæ, & Miniſtri, eò modo, quo ſupra explicatum eſt.

202 *Quid de excommunicatis, poteſtne Sacerdos & pro ipſis ſacrificium offerre?*

Reſp. primò. Sacerdos nomine Eccleſiæ, & quoad communia ſuffragia, & publicas Miſsæ preces, nec licitè, nec validè pro excommunicatis, nominatim denunciatis, & non toleratis, poteſt ſacrificium offerre: quia id expreſsè prohibitum eſt in *Cap. à nobis 2. de ſent. excomm.*

Reſp. ſecundò Sacerdos, ſacrificando in perſona Chriſti, & propria, non impeditur, quominus pro excommunicatis non toleratis priuatas preces effundere iu Memento orare, ſacrificium offerre, & ipſis applicare poſſit fructum impetrationis, vel etiam ſatisfactionis, ſi modò contriti, & emendati ſunt. Ita docet Suar. *diſp. 9. ſ. 2.* Sayrus *de cenſ. c. 2. c. 4.* Auila *p. 2. c. 6. diſp. 4.* Coninch. *q. 83 dub 9. concl. 2.* Laym. *l. 5. t. 5. c. 2. n 7.*

Reſp. tertiò. Pro excommunicatis non denunciatis, & toleratis, ſacerdos licitè, & validè etiam nomine Eccleſiæ poteſt publicè orare, & ſacrificium offerre: Quia Con-

cilium Conſtantienſe eo ipſo, quod concedit excommunicatis toleratis, vt poſſint in loco ſacro ſepeliri, & cum alijs ſacrificio Miſsæ aſſiſtere, concedere quoq; cenſetur, vt Sacerdos, qui tūc orat, & offert pro omnibus aſſiſtentibus, oret etiā, & offerat pro excommunicatis. Ita Nau. *c.27.n.36.* Henriq. *l.13.c.11.n.2* Fagund. *l.3.c.11.nu.1.* Vgolin. Ægid. Auila, Couarr. Sayr. Sancius, quos refert, & ſequitur Card. de Lugo *de Sacr. diſp. 19 ſect.* 10.*n.*187. contra Vaſq. Bon. & alios.

203 *Effectus ſacrificij pendet ne ex intentione Miniſtri?*

Omninò pendet ex intentione, & applicatione Miniſtri; adeò vt illi tantùm, cui Miniſter intendit. & non alteri, fructus proueniat ſacrificij. Quia Chriſtus alligauit valorem, ſeu applicationem ſacrificij Miniſtrorum intentioni. Coninch. *de Sacram. qu.83. dub. 9. concl.7. num.169.* Laym. *l. cap. nu.* 10.

204 *Quid, ſi Miniſter applicet alteri contra pactum initum cum alio ſibi applicandi?*

Tametſi in tali caſu illicitè, ideſt, contra pactum, promiſſionem, vel obedientiam applicet, ideòquè grauiter delinquat: nihilominus fructus prouenit ei, cui ſacerdos intendit: quia eiuſmodi applicatio, dependens ex poteſtate Ordinis, non poteſt per aliam poteſtatem impediri. Laym. *l.c.n.*11. Card. de Lugo *de Euchar. diſp.*19.*n.*211.

205 *Pridie Sacerdos intentionem habuit alicui ſacrificium applicandi, in actu autem ſacrificii ex obliuione, vel mentis euagatione*

nem ni

nemini applicauit, rogo, an proſit ei cui Miniſter antea decreuit applicauit?

Huiuſmodi applicatio ſufficit, & æquè prodeſt ei, ac ſi fieret in ipſa actione ſacrificii, dummodo ſacerdos intẽtionem expreſsè, vel tacitè poſtea non reuocarit. Bonac. *de Sacram. diſp* 1 *q* 3 *p.*2. §.3 *n.*11. Card. de Lugo *de Sacram. diſp.*8. *ſect* 6. *n* 93.

206 *Quando ſacrificans fructum ſacrificii applicare debet, cui intendit?*

Debet applicare vel ante, vel in ipſa conſecratione ſaltem ſecundæ ſpeciei.

207 *Quid, ſi celebrans in conſecratione ſaltem ſecunda ſpeciei non applicet, ſed vel inaduertenter, vel ex induſtria ad* Memento pro mortuis *moram protrahat?*

Reſp Doctores, qui ſuſtinent ſacrificium ſola conſecratione perfici, conſequenter aſſerunt, celebrantem eo caſu nemini poſſe applicare. Quorum ratio eſt, quia ſicut Sacramenta, ita & ſacrificium, producunt ſuum effectum, ſtatim ac in actu exiſtunt; qui effectus deinde non poteſt remanere ſuſpenſus; ſed ſi debito tempore nulli vel actualiter, vel virtualiter applicatus ſit, ſtatim tranſit in theſaurum Eccleſiæ: Ideòq; nec licet pro illa Miſſa ſtipendium accipere. Ita Suar Coninch quos citat, & ſequitur Laym. *l.*5 *tr.*5. *c.*2 *n.*12. Bonac. *diſp.* 4. *q. vlt. p.* 5. *n.*12. Medulla *theol. mor. l.* 6. *tr.* 3. *cap.* 3. *dist.* 2. *reſ.*2.

Qui verò cenſent ſacrificium perfici vel eſſentialiter, vel ſaltem integraliter cõſecratione, & ſumptione ſimul, conſequenter

aiunt,

aiunt, fructum validè applicari, quoties applicatio fiat ante ſumptionem, cùm vſque ad ſumptionem duret ſacrificatio. Ita Henriq. Fagund. Auerſa, quibus adhæret Card. de Lugo *de Sacram. diſp* 19. *n*. 72.

Hæc poſterior ſententia licèt ob Doctorum auctoritatem ſit probabilis, tutior tamen cenſenda eſt prior. Ideòquè monendus eſt celebrans, vt eam in praxi ſequatur; ſic enim ſecurior erit applicatio.

208 *Sacerdos hodie non habet ſtipem, pro celebranda Miſſa, valetne applicare pro illo, qui priùs ſibi ſtipem largiturus eſt, vel quem Deus ſcit primum è vita migraturum?*

Affirmant aliqui, vt Vaſq. *diſp*. 234. *cap*. 5. Fraxinellus *de obligat. Sacerdot. ſect*. 3. *pranot*. 5. §. 5. *nu*. 1. Bonac. *de Sacram. diſp*. 4. *qu. vlt. punct*. 7. § 5. *n*. 3. aſſerentes interea, dum conditio impletur, fructum ſacrificii remanere ſuſpenſum in intellectu, & acceptatione Dei. Sed rectiùs negant Suar. Coninch. Barboſ. Reginald. quos citant, & ſequitur Dian. *p*. 2. *tr*. 14. *reſ* 15. Card de Lugo *diſ* 19. *n*. 59. Imò contrariam opinionem, tanquam falſam, & contra Eccleſiæ vſum damnatã eſſe à Sacra Congregatione iuſſu Clement. VIII. *die* 15. *Nouemb*. 1605. aſſerit Eſcobar *de Sacrif. Miſſa tr*. 1. *c*. 4 Dian. *loc. c*.

209 *Datur ſtipendium Sacerdoti, vt celebret Miſſam de requiem, valet ne celebrare Miſſam de Sancto vel de feria?*

Poteſt, quando maiore deuotione afficeretur in celebranda Miſſa de Sancto, & vellet ſe cõformare rubricis. Tùm quia in Miſ-

ſis

ſis ſpectatur fructus principalis ex opere operato, qui idem eſt in ſingulis. Tum quia voluntas teſtatoris, vel largientis ſtipem Eccleſiæ ordinationi, & ritui præualere nõ debet Dian *p. 2 t. 14 reſ 3*. Barboſ. *l. c.* Fraxinel. *ſect. 4 concl 4. nu. 4*,

210 *Poteſtne & vice verſa celebrare de requiem, quando dicenda eſt pro viuis, vel votiua?*

Non poteſt, quia ſuffragia, & preces connexæ cum eo ſacrificio ſecundùm Eccleſiæ tùm intentionem, tum ſignificationem referuntur ad ſolos mortuos, vt non niſi impropriè viuis applicari poſſit. Laym. *lib. 5. c. 2. num* 14.

211 *Eſt ne laudabile, vt quis dum viuit, curet ſibi celebrandas Miſſas de requiem?*

Talem conſuetudinem nec eſse laudamdam nec introducendam conatur oſtendere idem Doctor. Laym. *loc. cit*. Tum quia ritibus, & ordinationi Eccleſiæ is modus conformis non eſt, & intentio Eccleſiæ eſt vt Miſsa de requiem dicatur pro mortuis, cuius intentionem non poteſt mutare ſacerdos Tum quia eumdem fructum poteſt quis conſequi per alia ſacrificia.

An autem diebus feſtis potiſſimum verò ſi in Eccleſia præſens ſit corpus, poſſint dici Miſsæ de requiem vide infra Epitomen ſac. Rituum *cap. 6, num. 6. & 7.*

DE

DE OBLIGATIONE Sacrificandi.

CAP. XXXIV.

212 **I**Ncumbitne onus Sacerdoti ſimplici aliquando ſacrum faciendi?

Aliqui vt Angles,& Victor. *in ſum.n.94.* eximunt à mortali Sacerdotem nunquam celebrãtem, modò communicet in Paſchate,& abſit ſcandalum,& contemptus. Sed ſtatuendum eſt ſacerdoti obligationem incumbere vtendi præſtantiſſima, qua fulget, poteſtate,nempè celebrandi ſaltem in præcipuis ſolemnitatibus, ita poſtulante ipſa ordinatione,& munere ſacerdotali. S Tho. *3.p q. 82.a 5* Nau *c.25.n* 88. Quæ ſolemnitate (ait Sotus infra cit) ſunt feſta Natalis Domini,Paſchatis,& Pentecoſtes.Aliàs ſacerdos delinqueret mortaliter,niſi ex familiari Spiritus Sancti conſilio id ageret, vt quidam ex Sanctis Patribus fecerunt.Sotus *4.d.13.qu.1.art.*10. Nau.*cit.* Azor. *1.p.lib.*10. *cap.*24. Reginald. *lib.29. num* 46.

Sacerdotes verò Prouinciæ Mediolanenſ. ignorare non debent ſe teneri ſub mortali ſingulis Dominicis, & feſtis ſolemnibus Miſſam celebrare,niſi legitimo impedimẽto detineantur. Sicuti coſtat ex Decreto Concil. Prouin, *1,tit.de frequen, diuin. ſacrif,*

ob!at,

oblat. & docet Bonac. *de Euch. diſp. 4. q. vlt. punct. 7 num. 3.*)

213 *Eſt ne commendabilis vſus, vt Sacerdos quotidiè ſacrificet?*

Per ſe loquendo, vſum probatiſſimum eſſe, oſtendit praxis Eccleſiæ. Vnde Venerab. Beda, allegatus à Gabriel. *lect. 87. in cát.* ait.

Sacerdos non legitimè impeditus, celebrare omittens, quantum in eo eſt, priuat SS. Trinitatem laude, & gloria. Angelos lætitia, peccatores venia, iuſtos ſubſidio, & gratia, in Purgatorio exiſtentes ſuffragio, Eccleſiam ſpeciali Chriſti beneficio, & ſeipſum medicina, & remedio.

214 *Licet ne Sacerdoti celebrare plures Miſsas eodem die?*

Non licèt, niſi valdè grauis, & vrgens neceſſitas occurat. Eſt doctrina S. Thom. *q. 82. art 2.* & communis, ſumpta ex Cap. *ſufficit diſt. 1. de conſecr.*

115 *Recenſe caſus neceſſitatis, in quibus licet Sacerdoti bis ſacrificare?*

Ex multis duos tantùm ſeligo, qui communiter admittuntur Primus eſt pro communicando infirmo, qui alioquin ſine viatico decedere debet, quia non adeſt hoſtia conſecrata. Secundus, ne populus Miſſa die feſto priuetur, quia alius ſacerdos haberi non poteſt: in his caſibus ſi ſacerdos ſit ieiunus, iterum ſacrificare poteſt. Vide Nau. *lib. 4. conſil. 1. de celebrat. Miſs.* Azor. *lib. 10. c. 24 qu 6.* Suar. *diſp. 80. ſect. 3.*

Extra hos caſus non licet, excepta die Natiuitatis Domini, in qua tres Miſſæ cele-

celebrantur: in quibus ſacerdotes celebraturi aduertãt, quòd ſacras ſpecies, ſeu Chriſti ſanguinem, ſumere debent ex eadẽ orificii calicis parte; idquè ex præcepto Pii V. & calicẽ purificare tantùm in vltima Miſsa.

216 *Extat ne præceptum eo die tres celebrandi, & audiendi Miſsas?*

Ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine in Natiuitate Domini tres Miſsæ celebrantur; nullum tamen extat præceptum. Vnde ſufficit, ſi eo die prima, vel potiùs tertia, Miſsa, cuius oratio concordat cum officio diei, celebretur, & audiatur Nau. *de celebr. Miſs. conſ.* 8 *n.* quem citat, & ſequitur Gauant. *p.4. to.3. de Natali Domini.*

217 *Myſticam harum trium Miſsarum dicas ſignificationem?*

Myſticum huius rei ſymbolum eſt ad ſignificandã triplicem Chriſti Domini natiuitatem, æternam ex cœleſti Patre; temporalem ex Maria Virgine; & ſpiritualem in cordibus noſtris S Tho *qu.*83. *art.*2. *ad* 3.

218 *Licet ne aliquando celebranti interrumpere Miſsam?*

Ante factam conſecrationem licet, ſi iuſta cauſa concurrat: poſt conſecrationem nòn licet, niſi vrgeat grauis neceſſitas, vel propria, v. g. morbus, vel proximi, v. g. ob abſoluendum moriturum, vel baptizandum puerum morti proximum, ſi periculum ſit in mora. Henq. & Diana, quos ſequitur Gauant. *p.*3 *tom.* 10 *num.*18.

219 *Sacerdos, dùm ſacrum peragit, aduertit ad ſtare Miſsæ excommunicatum publicè*

denu-

denunciatũ, ideòq; vitãdũ, quid ipſi agendum?

Curare debet ſacrificans, vt talis excommunicatus exeat ab Eccleſia, qui ſi monitus nolit exire, cogitur celebrãs (niſi timeat ſibi graue malũ) inchoatã dimittere Miſsã, ſi nõdũ conſecrauit: ſi verò id accidet poſt conſecrationem, proſequi debet vſq; ad sũptionem vtriuſque ſpeciei, qua ſumptione facta, ſtatim ab Altari diſcedere debet.

(Excommunicatus autem eo caſu, ſi monitus non exeat ab Eccleſia, nouam excõmunicationem incurrit, Papæ reſeruatam. Habetur in *Clem. Graui de ſent. excommun.* Vide Sylueſt *excomm. 7. nu. 15. caſ. 17.* Nau. *cap. 27. num* 104.)

220 *Poteſtne aliunde conſurgere obligatio celebrandi Miſsam?*

Poteſt planè vel ratione Beneficii, vel conuentionis, interueniente ſtipendio, vt teſtatur Eccleſiæ conſuetudo.

221 *Cum Miſsa ſit res ſpiritualis, & pro re ſpirituali non poſſit pretium recipi ſine labe ſimoniæ: ideò requirò, quò titulo Sacerdotes poſſint pro celebratione Miſsarum ſtipendium recipere?*

Sacerdotes, cùm pro celebratione Miſſarum ſtipendium recipiunt, non recipiunt vt pretium applicationis ſacrificij, quia ſic eſſet ſimoniacũ: ſed illud recipiunt titulo ſuſtentationis, vel totalis, vel partialis: qui titulus cõmuniter à Doctoribus approbatur; ſi quidem *dignus eſt operarius mercedes ſua*. Matth. 10 ſicquè Sacerdotes iuſto titulo Miſſæ ſtipendium recipiunt. S. Thom. 2. 2.

q. 100

*q.*100.*a.*1. Suar *t.*3 *diſp.*86 *ſ.*1. Bonac. *diſp.*4. *q. vlt. pu.*8.*n.*2. Card. de Lug. *diſp.*21.*ſ.*1.*n* 23

222 *Quodnam iudicandum iuſtum Miſſarum ſtipendium ?*

Quod publica Superioris, puta Epiſcopi, authoritas taxauit: ſi verò non eſt taxatū, illud cenſetur iuſtum quod ex vſu virorum piorum, & timentium Deum approbatum communiter datur, & recipitur.

223 *Sacerdos ratione Beneficij, vel ſtipendij tenetur celebrare, poteſtne ſuſcipere alias Miſſas, v. g. votiuas, celebrandas, & vnico ſacrificio vtrique obligationi ſatisfacere ?*

Non poteſt: quia, etſi valor Miſſæ ratione rei oblatæ, & principalis offerentis, ſcilicèt Chriſti Domini, ſit infinitus; effectus tamē ſacrificij ex inſtitutione ipſius Chriſti eſt finitus tam intenſiuè, quam extenſiuè. Alioquin vnica Miſſa deleret totam animarum Purgatorij pœnam, & omnibus ſatisfaceret; cum omnis viuorum. & mortuorum pœna ſit finita. Quæ ſunt abſurda. Proinde cùm fructus Miſſæ ſit finitus, & minuibilis, minor prouenit pluribus, quàm ſi vni ſoli applicetur. S. Thom. 3 *p. qu* 79 *art.*5. Suar. *to.*5. *in* 3. *par diſp.*76. *ſect.* 11. Card. de Lugo *diſp.* 19. *ſect.*9.*n.*250

Ea propter Sac Congregatio iuſſu Vrbani VIII. declarauit, ſacerdotes non poſſe vnico ſacrificio duplici obligationi ſatisfacere; idque diſtinctè prohibuit. Vide infra Epitom. ſacr. Rit. *cap.* 15, *ad* 4.

224 *Cùm fructus aliquis ſacrificij ex opere operato, qui ſpecialiſſimus vocatur, proueniat*

niat celebranti, rogo, an eum ſaltem alijs applicare, ſicquè alteram eleemoſynam recipere poſſit?

Neutrum celebranti licet; non primum, quia *ſpecialiſſimus* ille fructus ità ipſius offerentis proprius eſt, vt eum alijs licitè applicare non poſſit. Suarez *in 3. p. tom 2 diſp. 79. ſect 9. &* Laym. *l 5. to 5. c. 1. nu.* 18. Bonac. *de Sacr. diſp. 1 qu. vlt. p. 8. nu. 16.* Neque ſecundum, quid id ſibi vetuit Sacræ Congr. declaratio, emanata *die* 25. *Ianuar. 1659.* iuſſu Alex. VII. & deinde renouata *die 2. Octobr. 1665.* qua pro illius ſpecialis fructus applicatione alterius elemoſinę receptio diſtrictè, & ſub interminatione Diuini iudicij prohibita, & damnata eſt. Et ſic remanet correcta ſententia Nauar. Filliuc. *tr. 5. c. 6 n.* 81. Dian. *p 2 tr. 14. reſ. 14.* Gauant. *p. 3. tit. 12. n. 29.* qui aſſerunt id licere.

225 *Sacerdos recipit ſtipem minorem illa, quam Ordinarius taxauit, poteſt ne ad rationem taxationis minuere Miſsarum numerum, a largiente ſtipem ſibi preſcriptum?*

Non poteſt; ſed omninò tenetur celebrare tot Miſsas, quot ad rationem tributæ elemoſinæ ſibi præſcriptæ fuerint; nihil ſuffragāte taxatione ab Epiſcopo facta. Ita declarauit Sacra Congr. de *celebrat. Miſsar. ad 3.*

226 *Quid, ſi numerus Miſsarum preſcriptus non ſit?*

Satisfacit ſacerdos, celebrando numerum miſſarum iuxta taxationem ab Ordinario factam. Eadem Sac. Congr. *ad 2.* Vide inſtà Epitom. ſacr. Ritu. *cap. 15. paragr. Quintò.*

227 *Da-*

227 *Datur ſtipendium ſacerdoti, vt celebret pro cultu Eccleſię, vel commoditate populi, poteſt ne aliam elemoſinam recipere pro applicatione ſacrificij?*

Præcisè pro applicatione ſacrificij non poteſt ſacerdos aliud ſtipendium recipere. Quia fructus ſacrificij eſt res ſpiritualis; pro re autem ſpirituali non poteſt pretium recipi ſine labe ſimoniæ.

Titulo verò ſuſtentationis (non laboris) ſiue totalis, ſiue partialis, etiam a ſacerdote non indigente poſſe aliud ſtipendium recipi pro applicatione ſacrificii, latè, & doctè probat Card de Lugo *de Sacram. Euchar. diſp* 21 *n* 13. vbi *n.*21. quàm plures allegat DD quibus ſubſcribit etiam Baſſæus *V Miſſa VII. num.* 10.

Obiectio *Sac. Cong. de celebr. Miſ. ad* 4. *ait Sacerdotes, qui tenentur celebrare ratione Beneficij, Cappellæ, aut elemoſinę, non poſse aliud ſtipendium recipere, & vtrique obligationi ſatisfacere. Ergo Sacerdos neque titulo ſuſtentationis poteſt aliud ſtipendium recipere?*

Reſp. Declarationem Sacræ Congreg intelligendam eſſe, quoties ſacerdotes ex vtroq; ſtipendio obligantur ad applicandū ſacrificium pro vtroque largiente; ac proinde hunc caſum non comprehendere.

228 *Fundatio cappellanię quotidianum exigit ſacrificium, obligatur ne ſacerdos, qui ſuſcepit onus, quotidie celebrare?*

Fundatio quotidiani ſacrificii benignam interpretationem recipit, vt Cappellanus debeat omnibus diebus celebrare, ſalua ho-

ne-

neſtate, decentia, & deuotione. Nau. in man. *cap. 25. num* 135.

229 *Quid indulget Cappellanis huiuſmodi benigna interpretatio* ?

Indulget quauis hebdomada vnum vacationis diem, eò quòd ob honeſtatem, humanamquè fragilitatem valdè difficilè ſit, vt ſacerdotes ſingulis diebus ſacrum faciant. Non poſſunt tamen eodem die Miſsā alibi, aut pro alio celebrare, recipiendo ſtipendium, aut abſtinere à celebratione, oblectationis, vel itineris gratia. Nau. *tom. 2. conſil. l. 3. conſil. 6. n.* 5. Si V. Miſſa *n.* 46. Laym. *l. 5. to. 5. c. 3 n.* 6. Dian. *p. 2. tr. 14. reſ.* 28.

230 *Quid, ſi de contraria fundatoris voluntate conſtet, vel obligatio dirigatur ad celebrationem in tali Eccleſia v. g.* volo, vt in tali Eccleſia quotidiè celebretur.

In vtroq; caſu ſubſtituere tenetur alium Sacerdotem, qui pro ſe celebret. Gauant. *p. 3. t. 12.* Tamb. *de exped. ſacrif. l. 3. c. 3. §. 1.* Dian *p. 2. t. 14 R* 2.

231 *Sacerdos ſuſcepit onus ſeu quotidiè, ſeu ter, quater ſacrificandi in hebdomada, contingit deinde infirmari, debet ne carere ſtipe, vel intermiſſio ſupplere ſacrificia?*

Si morbus ſit breuis, v g quindecim dierum, vt vult Bonac. aut etiam vnius, vel alterius menſis, vt docet Card. de Lugo *diſp. 21. ſect.* 1. *n.* 49. & alij apud ipsū non tenetur alium ſubſtituere, vel compenſare ex benigna fundatoris, & Eccleſiæ præſumpta volūtate. Bonac. *diſp. 4. q. vlt. p* 8 *n.* 7. vbi de hac re affert declarationem Conc. VII. Prouin.

Me-

Mediolanen. quæ tamen ſuffragatur tantùm ſacerdotibus eiuſdem Prouinciç.

(Aduerte tamen hanc doctrinam non habere locum in Miſſis manualibus; hę namque omnes debent celebrari, ſi præſcriptæ ſunt, ac promiſſæ.)

232 *Quid demum in die commemorationis defunctorum, tenenturne omnes ſacrificantes eo die celebrare, & offerre pro defunctis in genere?*

Ita videtur ſentire Gauant. *in Rubr. Miſsal. p 4 t* 15.*n*.18. vbi ait, ex tacita lege Eccleſię omnes ſacrificantes eo die teneri offerre Sacra pro defunctis in genere.

Ceterùm, etſi hoc miſericordiæ, & charitatis opus valdè commendandũ ſit; huiuſmodi tamen obligatio ſufficienter nõ probatur, teſte Tambur *de Sacrif. l.* 3 *c.3 paragr.* 1.*n*. 10. Quod etiam ex eo deducitur, quòd in priuilegijs pro Altaribus apponitur hæc clauſula. *In die commemorationis defunctorũ* at ſi verũ eſt, quòd Miſsa debeat offerri pro anima, cui ſuffragari cupimus, ſatis apparet mentem Eccleſiæ non eſſe, vt omnes Miſſa eo die offerãtur pro defunctis in communi

233 *Quemnam Miſsarum celebrandarum numerum valet Sacerdos ſimul ſuſcipere?*

Si oneribus antea ſuſceptis ſatisfecit ſacerdos, vel intra modicum tempus poſſit omnibus ſatisfacere, ex declaratione Sacr Congr *de celebr. Miſ. ad* 12. non prohibetur iterum ſuſcipere noua Miſſarum onera, v g quinquaginta, vel ſexaginta Miſsas celebrandas Ita limitant Dian. *p.*2.*to*.14.*reſ*.25

Fran-

Fran. Lugo *lib.5. de Miſsa, c.12. qu.8.* Auerſa *q 11 ſect. 18.§ 5.* Card. de Lugo *cit. diſp. 21. n 34.* Bonac. *cit. punct. 7 q 5. nu. 2.* Vide infrà Epitom. Sac. Rituu. *cap 15 §. decimò.*

234 *Pinguem elemoſinam, pro celebranda Miſſa, recipit Sacerdos, poteſtne alteri committere celebrandam, parte elemoſinę ſibi retenta?*

Non poteſt, ſed per ipſemet celebrare; vel alteri integram elemoſinã tradere tenetur. Quia, ob ſpeciem turpis quæſtus, id fieri vetuit Sac. Congr. *in decr. de celebratione miſſar. ad ſeptimum.*

Imò nouiſſimè emanauit decretum Alex. VII. *die 2. Octob 1665.* quod diſtrictè id prohibet, & damnat.

235 *Quid, ſi celebrare ſuſceptas miſſas diũ differat Sacerdos, poſt acceptum ſtipendium?*

Si pro defuncto, vel præſenti neceſſitate, v.g. pro ægrotantis ſalute, vel periclitantis incolumitate, ad celebrandum hodierna, vel poſtera die Sacerdos ex iuſtitia ſe obligauit: & ſine iuſta cauſa longiùs, v.g ad alteram hebdomadam (non conſentiente ſtipendij largitore) differat, moraliter peccare cenſendus eſt. Quia alterum in magna, neceſſitate neceſsario vel ſatisfactionis, vel impetrationis fructu interim priuat. Ita Sylu. Nau. Henriq Reginal. Fraxinel. quibus ſubſcribit Bonac. *diſp. 4 q vlt. p 7 ſſ. 5. n. 1.* Dian *p.3. tr. 14. reſ. 25.* Card. de Lugo *diſp. 21. nu. 34. & 45.*

Qui addunt, interdum à Sacerdote reſtituendum eſse ſtipendium, ſi ipſo morante,

infirmus è vita decedat, vel periclitans pereat. Quia iam Miſſa intentioni dantis non deſeruiet. Si tamen poſt dilationem verè Sacerdos celebret Miſſam, reſtituendi ſtipendij onere liberatur. Fraxinel. *de Sacerdotum obl. ſect.* 4. *concl* 5. *num.* 4.

DE TEMPORE, quo Sacrificare licet.

CAP. XXXV.

236 *INtriduo maioris hebdomadæ licet ne priuatim celebrare?*

Feria quinta, antequam abſoluatur Miſsa ſolemnis, & corpus Chriſti recordatur in loco deſignato licet ſacrum facere Quia id nullo iure prohibetur: neque vſus Eccleſiæ contrarium ſuadet; cùm multi docti, & timorati eo die ſacrificare ſoleant. Dian. *p* 6. *tr.* 6. *R.* 19. Barboſ *de offic. & poteſt. Paroch. c.* 11. *n.* 49. Card de Lugo *diſp* 20. *nu.* 14. Marchius *de Ord. tr.* 2. *p.* 3. *cap* 8.

237 *Idem ne dicendum de Feria ſexta eiuſdem hebdomade?*

Feria ſexta in Paraſceue ſub mortali celebrare prohibetur, quia eo die Sacerdos ex antiqua Eccleſiæ traditione non conſecrat ſed hoſtiam pridie conſecratam ſumit ſine ſanguine ſub ſpeciebus vini; quæ conſuetudo generalis, & vetus, inuiolabilis ad hæc vſque tempora perſeuerat. Rationem

reddit

reddit S.Th. 3.*p q.* 85.*ar* 2 *ad* 2 quia, cùm Eccleſia recolat eo die realem Chriſti paſſionem, & cruentum ſacrificium, non repręſentat myſticè, nec immolat incruentè.

238 *Quid demum de Sabbato Sancto?*

Aliqui, vt Vaſq & Reg *l.2.c.9.n.*170. abſolutè negat eo die præter Miſſam ſolemnem licitum eſſe priuatas celebrare Miſſas. Sed oppoſitum probabilius docent. Card. de Lugo *diſp.* 20 *n.*14. Scortia *de Euch. l* 2.*c.* 6. Dian *p.*2.*tr.*14 *reſ.*21. Barboſ *de off & poteſt. Paroc.c.*11. *nu* 42 propterea quòd ratio prohibitionis iam ceſſarit. Ideòque, ſecluſo ſcandalo, Miſſæ priuatim eo die celebrari poſſunt, omiſſis prophetijs, & litanijs.

239 *Quodnam, celebrandis Miſſis præſcriptum eſt ab Eccleſia tempus?*

Si ſermo ſit de Miſſis priuatis, totum id tempus, quod à principio auroræ vſque ad meridiem intercedit. Si die ſolemnibus, fermè præſcripta eſt hora tertia. Quod rubrica Miſſalis, & praxis confirmet, & docet S. Thom. 3.*p qu.*43. *ar.*2. *ad* 4.

240 *Quid, ſi Miſſa celebretur ante auroram, vel poſt meridiem?*

Modica anticipato, vel dilatio nullum inducit peccatum Quia tempus auroræ, & meridiei non debet ſumi: *mathematicè*, ſed *moraliter* in materia autem morali non habetur ratio modici. Laym. *l.*5.*t.*5.*c.*4.*nu* 2.

Celebrare verò multò ante auroram, vel moltò poſt meridiem, ſecluſo priuilegio, peccatum mortale eſſe cenſet Suar 3 *p diſp.* 80. *ſect.*4. Tum quia prohibitum eſt *in c. non*

*licet diſp.*44. Tùm quia aduerſatur Eccleſiæ conſuetudini. Bonac. tamen *diſp.4.q.vlt pun. 9.n.7.* videtur excuſare à mortali celebrantem ante auroram vel poſt meridiem tribus horæ quadrantibus, vel etiam integra hora.

241 *Cur ante ortum ſydus lucis celebrare non licet ?*

Myſtica ratio eſt quia Chriſtus, qui in Miſsa offertur, eſt candor lucis æternæ. Moralis, quia populus nocturno tempore non poteſt intereſse cum tanta reuerentia, ſicuti diurno. Laym. *loc. cit. num.* 1.

242 *Quo tempore cenſetur incipere aurora ?*

Cùm incipit apparere lucis crepuſculum, & albeſcere Celum, quod contingit vna ora cum dimidio ante Solis ortum. Suar. *diſp.* 79. *ſeſſ.9.* Fill. *tr.5 cap.* 4. *quaſt.*7. *nu.*111.

243 *Quid in die Natalis Domini ?*

In Natiuitate Domini conceſsum eſt celebrare primam Miſsam ante auroram. Imò Suar. *cit ſect.*4. Coninch. *q* 83 *ar* 1. Dian. *p.* 2 *t* 14. *reſ* 35. exiſtimant non tantùm vnã, ſed etiam alteram, & tertiam Miſsam ante auroram diei poſse Oppoſitum ſentit Nau. *in man. cap.*25 *num.*87. Fagund. de præcept. Eccl. *tr.*1 *l* 3. *c.*16 *n.*3 quorum opinioni fauet vſus Eccleſiæ.

244 *Occurrente neceſſitate, licet ne celebrare citiùs, vel tardiùs tempore præſcripto ?*

Licet in ſequentibus caſibus. Primò, propter præbendum morituro viaticum. Secundò, ratione itineris, ſi Sacerdos impeditus

tus fuerit, poteſt præſertim diebus feſtis celebrare vna, vel altera hora poſt meridiem Nau. *c.25.n.85.§. eſt etiam*, vbi dicit ſe id frequenter feciſse Tertiò, propter functionem, vel concionem publicam, productam poſt meridiem. Nau. *cit.c.25.num.87.* Filliuc. *cit. qu. 7.n.113.*

DE LOCO, VBI SACRIFICIVM celebrandum eſt.

CAP. XXXVI.

245 *QVo in loco ſacrificium miſſa celebrari debet?*

Iure communi ſolùm in locis, quæ ab Epiſcopo conſecrata, vel ſaltem benedicta sũt. Ita *in cap 1. c ſicut c. nulus de conſecr. diſt. 1.*

246 *Eccleſia aliqua nec conſecratione nec benedictione, ſed ſolum Epiſcopali deputatione ad cultum Diuinum decoratur.*

Licitè in ea Miſsa celebrari poteſt, ſi quam primùm ſit conſecranda, vel benedicenda. Quia talis deputatio pro Epiſcopi benedictione interea deſeruit. Abbas *in ca. vlt. de conſecr. Eccl.*

247 *Quid de Oratorijs, quæ nunquam ſunt benedicenda, vel conſecranda?*

Oratoria, quæ ad publica officia ſunt ab Epiſcopo deputata, locis ſacris, in ordine

ad celebrandam Miſſam, annumerantur Sanch. *lib.9. de matrim. diſp 15.n.39.* ex Abbate.

248 *Eiuſmodi Oratoria cenſentur ne gaudere Eccleſiaſtica immunitate?*

Affirmat idem Doctor *loc. c.* dummodo ab Epiſcopo ſint ad publica officia deputata.

249 *Subiacent ne talia Oratoria violationi, ſicut alia Eccleſia?*

Non ſubiacent, quia ſola loca conſecrata, vel auctoritate Epiſcopi benedicta, ſubiacent violationi, & conſequenter ea ſola indigent reconciliatione Suar *t 3. diſp.81. ſect. 3.* Laym. *l.5.t.5.c.5 n 2.*

250 *Eccleſia polluta, ſiue violata eſt, licet ne in ea ſacrum facere?*

In Eccleſia, quæ ob aliquid in ea commiſſum, eius ſanctitati repugnans, polluta, vel violata eſt, non licet Miſſam, vel officia Diuina celebrare ſub culpa mortali Nauar. *in man.c.27.n.256.* Card. de Lugo *diſ.20 n.51.*

251 *Vltra mortalem culpam, feritur ne aliqua cenſura celebrans in Eccleſia polluta?*

Nulla fertur cenſura: quia cenſura non eſt aſtruenda, ſed exprimenda: nullibi autem reperitur expreſſum in tali caſu aliquā cōtrahi cenſuram. Auil. *de cenſ.p 5.d.7 dub.3.*

252 *Quibus caſibus violatur Eccleſia?*

Violatur, ſeu polluitur in ſequentibus caſibus. Primò per homicidium notorium, & mortaliter iniurioſum, in Eccleſia patratū. Secundò per euulgatam, & mortaliter malam humani ſanguinis, vel ſeminis effuſionem, in Templo factam. Tertiò per ſepulturam

ram hominis excommunicati denunciati, vel infidelis, etiam tantùm negatiuè, vt eſt infans ante Baptiſmum. Quartò per deſtructionem Eccleſiæ ex toto, vel maiore parte, quo caſu dicitur potiùs execrari, quam pollui. Card. de Lugo *diſp.* 20. *num.* 53. 54. 55. & 57.

253 *Violatur ne ſemper per quodcumque homicidium, vel humani ſanguinis, aut ſeminis effuſionem?*

Non violatur in ſequentibus caſibus. Primò per homicidium caſuale, vel in ſui defenſionem factum, aut cùm vulnus inflictum fuit extra Eccleſiam, quamuis mors intra ſucceſſerit.

Secundò per pauculas ſanguinis guttas; quia non eſt effuſio vel per leuem percuſſionem, v. g. narium in rixa puerorũ, etiamſi multum ſanguinis effluat; neq; per copulam coniugalem, in periculo incontinentiæ habitam, vel per inculpabilem pollutioné.

Tertiò non execratur, ſi per partes deſtruantur, & reficiantur parietes Eccleſiæ; vel per ſordida hominum exercitia, aut animalia in ea ſtabulata. Laym. *l.* 5. *t.* 5. *c.* 5. quem citat, & ſequitur Medulla *tho. mor. l.* 5. *tom* 3 *dub.* 4.

254 *Aliquo ex dictis modis violatus Eccleſia ſub Miſſa ſacrificio, debet ne mox deſiſtere Sacerdos?*

Si violetur ante ceptum canonem ab Altari recedere debet: ſin verò poſtquam ceptus ſit canon, perficere debet ſacrificium: quia nõ decet illud imperfectũ relinquere;

facta verò ſumptione vtriuſq; ſpeciei, ſtatim celebrans ab Altari diſcedere debet Filliuc. *tr.12.nu.9.* & Laym. *loc. cit. nu.* 13. ex Suar. & Coninch.

255 *Sacerdos obligatus ſacrificare in aliqua Eccleſia, Oratorio, Altari interdum alibi celebrat, delinquit ne grauiter?*

Mortaliter delinquere ſentit Dian *p* 2. *tr.* 14. *reſ.* 29. ex Nau. & Fagund. Contrarium docet probabilius Card. de Lug. *de Sacram. diſ.* 19. *n* 36. vbi ſuſtinet nec eſſe veniale, ſi rarò, & ex rationabili cauſa celebret alibi. Vide etiam Tamb. *de exp. ſacrif. l.* 3 *c.* 2. vbi excuſat à mortali Sacerdotem qui vno, vel altero die ſingulis menſibus alibi ſacrificat.

256 *Pollutioni fœditate (proh animarum dira lues!) maculatur Sacerdos, debet ne à celebratione abſtinere?*

Vel fœdatur pollutione voluntaria, vel inuoluntaria; ſi inuoluntaria, non impeditur à celebratione: ſi verò voluntaria, ſiue directè, quia procurata eſt, ſiue directè quia impedita nõ fuit, ante quam celebret confiteri, vel deficiente Confeſsario, vrgenteque necesſitate, contritionis actum elicere debet, Card. de Lugo *de Sacram. diſp* 24 *ſect.* 6.

Conſulendum tamen eſt Sacerdoti, vt abſtineat à celebratione eo die, tum ob humilitatem, tum vt grauitatem ſceleris magis agnoſcat, & deinceps præcauere ſtudeat tam diram peſtem, qua infectas eſſe penè omnes damnatorum animas, teſtantur grauiſſimi Patres, & Doctores.

D E

DE REQVISITIS AD Peragendum Sacrificium Miſſæ.

CAP. XXXVII.

257 A*D offerendum Miſſæ Sacrificium, quæ neceßario requiruntur?*

Primò requiritur Altare ab Epiſcopo conſecratum ſecũdum eam partem, in qua ponitur Calix; quod execratur, ſi ità frangatur, vt Calix cũ patena in nulla eius parte conſiſtere poſſit. Card. de Lugo *d* 20.*nu.*65.

Secundò linteum, ſeu mappa linea triplex, vel ſaltem vna duplicata, extenſa ſuper menſam Altaris.

Tertiò corporale lineum, typus ſyndonis, qua Chriſti corpus inuolutum fuit; quod debet eſse ab Epiſcopo conſecratum, *c. conſulite de conſecr. d* 16. Quæ conſecratio durat, quandiù manet integrum.

Quartò palla item linea, quæ calici ſuperponitur.

Quintò Calix, & patena conſecrata, argẽtea, vel ſtamnea inaurata: qui calix execratur, ſi notabiliter frangatur, vel fiat inutilis ad vſum ſacrificij, non tamen ſi ſpes ſeparetur à culpa intornatili.

Sextò purificatorium ſimiliter lineum.

Septimò lumen, ſeu candela duplex accenſa, Sufficit tamen vna in neceſſitate, nec

 eſt

eſt neceſſarium lumen ex cera. Tolet. *lib.* 2. *in fine*.

Octauo miſſale, canonem ſaltem continens vnà cum Crucifixo.

Nonò miniſter, qui totius populi nomine ſacrificanti reſpondeat, iſque vir, & non fœmina.

258 *Licet ne aliquando Sacerdoti ſacrum facere ſine miniſtro?*

Præmente neceſſitate graui, ſicut etiam ſi alioquin omittendum eſset ſacrum die feſto, licet Sacerdoti celebrare ſine miniſtro; quo caſu celebrans poteſt ſibimet reſpondere, vel præire viro reſpondenti. Moniales etiam, deficiente viro, poſſunt remotè ex choro ſacrificanti reſpondere; non tamen proximè ad Altare miniſtrare. Fill *tr.* 5. *c.* 6. *q.* 12. *n.* 193 & Card. de Lugo *de Sacrif. Miſſa diſp.* 20. *ſect* 4. *nn.* 103.

259 *Prerequiritur ne aliud in Miſſa?*

Requiruntur ſacræ veſtes, ſcilicèt Amictus, ſignificans galeam ſalutis Alba, repræſentans cordis puritatem. Cingulum indicans carnis continentiam Manipulus, denotans animi compunctionem. Stola in modum crucis ante pectus aptata, demōſtrans iugum obedientiæ, & Caſula, ſymbolum vinculi charitatis. Vide Scortiam *lib.* 2 *de miſſa c.* 8. qui monet has veſtes integras, & mundas eſſe oportere.

260 *Quid, ſi veſtibus, aut vaſis immundis vtatur ſacrificans?*

Sacrificare in veſtibus, aut vaſis valdè immundis, v. g. in calice, patena, corporali purifi-

pirificatorio,quæ immediatè cõtingũt ſpecies Sacramentales corporis, & ſanguinis Chriſti: Item in veſtibus notabiliter fractis, graui irreuerentia non vacat,conſequenter in ijs ſpontè celebrantem, mortalem culpā non effugere,ſentit Sylueſt Sà,Tol quos citat, & ſequitur Laym. *lib* 5. *tr.* 5. *c.* 6. *nu.* 15.

261 *Quænam eſt propria veſtis ſacra, per quam diſtinguitur Sacerdos ab alijs miniſtris?*

Eſt ſtola vel in modum crucis in peragendo ſacro, vel ab vtroque pendens humero in reliquis diuinis officijs. Gau. *p* 2. *tit.* 1.

262 *Quid ſignificat illud aptare ſtolam in modum crucis ante pectus?*

Significat Crucifixi memoriam à Sacerdote retinendam eſſe; & potiſſimùm dum in Altari ſacrificat.

263 *Si quid ex ſupra requiſitis deſit, intermittendum ne miſſæ ſacrificium?*

Si deſit Crucifixus,vel duplex mappa,aut lumen,ob cauſam etiam non grauem celebrari poteſt cum vno lumine in oleo, vel ſebo ſi ſcandalum abſit. Si verò neceſſitas ſit grauis,ſacrum fieri poteſt ſine ſtola, manipulo,cingulo,miniſtro Dian. *p.* 1. *t.* 14. *R.* 57. ex Laym *l.* 5 *t.* 5. *c.* 6. *n.* 17. Metu autem mortis., aut grauiſſimi mali licere aliquando celebrare ſine ſacris veſtibus, ſecluſo Religionis contemptu, docet Azor. *t.* 1. *l.* 1. *ca.* 11. *qu.* 11. & Eſcobar *E.* 2. *cap.* 2.

264 *Sacerdos in actione miſſæ vtitur Calice, & patena non conſecratis, vel veſtibus non benedictis, quonam ſcelere ſe obſtringit?*

Si ex ignorantia probabili ijs vtatur, nullum committit peccatum. Quia bona fides eum excuſat: ſi verò ſcienter, delinquere mortaliter, docet Filliuc. *t.* 1. *lib.* 5 *cap.* 5. ex communi.

Celebrantem tamen cum vna, vel altera ex minoribus veſtibus non benedictis, v gr. ſtola, manipulo, cingulo, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, ob paruitatem materiæ, à mortali eximit Diana *parte* 5. *tom.* 5. *R.* 82. ex Hnriquez, & alij ſex DD. quibus ſubſcribit Medulla theol. mor. *lib.* 6. *tom.* 3. *dub.* 5. *num.* 3.

265 *Calix, & patena non conſecrata, & ſimiliter veſtes non benedicta, quibus celebrauit Sacerdos, ſunt ne poſtea benedicenda vel conſecrandę?*

Affirmant Laym. & Card. de Lugo *diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 74. Negant verò Gordon. & Tamb. *de exp ſacrif. lib* 1. *c.* 3 §. 1. quos ſequitur Dian. citans alios ſex DD *p.* 2. *t.* 14. *& p.* 5. *t.* 13 *R* 60. aſſerentes, ſi quis bona fide in nondum conſecratis, ſeu benedictis, imò etiam mala fide celebraſſet (licet ſic celebrando, mortalem culpam non effugiſſet) hoc ipſo cenſenda eſſe conſecrata licereque in ijs deinceps celebrare.

266 *Quid de celebrante in Altari non conſecrato fieret ne irregularis?*

Non fieret irregularis: quia irregularitas non contrahitur, niſi in iure ſit expreſſa: nullibi autem id reperitur expreſſum. Delinqueret tamen mortaliter, niſi ob ignorantiã inculpabilem excuſaretur. Fill. *t.* 5 *c.* ...

267 *Sacra veſtes quando cenſentur amittere benedictionem?*

Cùm amplius non ſunt aptæ ad vſum, ad quem ab Eccleſia deputatæ ſunt, tunc demum cenſentur amittere benedictionem. Suarez *tom. 3. diſp. 82. ſect. 2. de fractione benedictarum veſtium*. Card. de Lugo *de Euch. diſp. 20. num. 92.*

268 *Omittit celebrans* Gloria, *vel* Credo; *aut aliquam orationem; vel in canone nomen alicuius Sancti, vel ſimilis verbi, cuius culpa reus cenſendus eſt?*

Omittere gloria, vel Credo, quando ſunt dicenda, venialem culpam nõ excedit. Quia non pertinent ad vſitatam integritatẽ Miſſæ. Idem eſt, ſi Sacerdos omittat vnum, vel alterum *Kyrie eleiſon*, vnam vel alteram crucem, aut aliquam commemorationem. Itẽ nomen vnius, vel alterius Sancti in canone, vel ſimilis verbi. Ita Filluc *to. 1. tr. 5. c. 5. nu. 155.* Card. de Lugo *de Euchar. diſp. 20 ſect. 4. nu. 107.* Dian. *part. 5. tr. 5. reſ 45.*

Iſta tamen intermittere frequenter, aut cum ſcandalo: item omittere principalem Miſſæ orationem, vel Epiſtolam, vel Euangelium, vel oblationem, aut *Communicantes*, vel *Hanc igitur*, aut integram canonis orationem, fatentur omnes eſſe materiam grauem, & mortalis culpę capacem. Ita DD. cit. quos ſequitur Fran. Lugo *lib. 5. de Miſsa cap. 9. num. 15.*

269 *Sacrificans aduertit aliquid à ſe* [illegible] *be* [illegible]

ſubſtãtia.

vel

vel aliquid pertinens ad conſecrationis ſubſtantiam proculdubio repetere neceſſe eſt. Similiter ſi dum ſecretò orat, poſt pauca verba aduertat, vel iudicet ſe aliquid notabile omiſſiſſe, paulò retrogradiendum eſſe, & repetendum, cēſet Fill. Dian Eſcob. quos ſequitur Tamb *de exped Sacrif. lib. 2 c. 5*. Extra hoc caſus nihil repetendum eſt.

(Quid autem, ſi celebrans addat aliquid, vel detrahat in Miſſa, vide infra Epitom. Sac. Rituum *cap 19. num. 25.*)

265 *Sacerdos ſumpturus Hoſtiam, vel vinum, aduertit Hoſtiam eſſe corruptam, vel aquam pro vino appoſitam, quid agere debet?*

Si priuatim, celebret debet ſumere aliam Hoſtiam, & aliud vinum & vtrumq; offerre, & conſecrare, incipiendo: *Qui pridie: Et ſimili modo*, abſque noua eleuatione. Ita S. Tho. *3. p. qu 83 ar. 6. ad 4.* quem ſequitur rubricas Miſſalis. Nullum tamen ibi præceptum imponitur. Quare ſatiùs eſt, vt Sacerdos eo caſu ſumat vel ſolùm Hoſtiam, vel ſolùm vinum cum pauxillo aquæ, diſſimulanterquè conſecret, incipiendo vt ſupra; ſtatimquè ſumat Ratio eſt, quia ſicut in Sacramentis, ita & in ſacrificio nihil iterandum, ſed quod omiſſum, cautè ſupplendū eſſe videtur. Ita Scotus Gabr. Adrian. Nau. quos citat, & ſequitur Laym *l. 5 tr. 5 cap 7.* Bonac. *diſp. 4 q. vlt. punct.* 10. *n* 4. *&* 5.

266 *Alia Hoſtia, vel aliud vinum non adeſt, quid faciendum celebranti in ſupradicto caſu?*

Curare

vinum deferatur, ſi fieri poteſt ſine ſcandalo; ſi verò periculum ſit grauis ſcandali perficere poteſt ſacrificium in vna tantũ ſpecie. Nam præceptum affirmatiuum conſecrandi, ſub vtraq; ſpecie non obligat in tali euentu. Ita Azor. Henriq. Tabien quos citat, & ſequitur Bonac. *cit. punct* 10 *n.* 3.

Quod attinet ad alios defectus, qui in Miſſa contingere ſolent, videri poſſunt regulæ Miſsalis. Et hæc ſatis pro Directione Ordinandorum.

FINIS.

INDEX

Rerum, & Quæſitorum,

Quæ in hoc directorio continentur.

Pag. quæ hic exprimitur, deſignat paginam. N. quæſitorum numerum.

Abbas.

AN poſſit conferre minores Ordines. pag. 59. nu. 6. Quid, ſi Epiſcopi licentia exiſtat. ibid.

Ablutio.

Quomodo ſumenda, & nominatim in Miſſis Natiuitatis Domini. pag. 199. num. 235.

Abſolutio.

Simplex Sacerdos an poſsit abſoluere, & à quibus in articulo mortis. pag. 134. nu. 15. An à mortalibus, & venialibus aliàs confeſsi etiam extra mortis articulum pag. 30. nu. 30. Abſolutus à cenſuris, & reſeruatis in eodem articulo ad quid teneatur. pag. 195. n. 18. Quomodo abſoluẽdus moribũdus vſu linguę deſtitutus. pag. 137.

137.nu.22. Abſolutionis forma, ibid. num. 23.

Accidentia.

Panis, & vini quomodo ſuſtententur in Euchariſtia. pag. 167. num. 124. Quo pacto ex illis generetur ſubſtantia, & homo nutriatur. ibid. num. 123.

Accolytatus.

Vnde dictus. pag. 63. n. 1. An ſit Ordo. ibid. n. 2. Quænam eius materia. ibid. num. 3. Forma huius ordinis pag. 64. num. 7. Quando imprimatur character. pag. 64. nu. 9. Accolyti munera. pag. 65. nu. 10. An poſſit benedicere Domos. ibid. num. 11. Accolyto an liceat tangere vaſa ſacra. ibid. num. 12. Exercens propria munera affectus lethali culpa an nouum mortale committat. ib. nu. 13. Exercens in excommunicatione actus ſui Ordinis an fiat irregularis. pag. 66. nu. 15. An teneatur ad alicuius officij recitationem. ibid. nu. 16. Quatuor minores an poſſint recipi eodem die. pag 67. nu. 17. Quomodo debeat accedere. pag. 68. n. 20. Accolytus clericalem tonſuram, & habitum negligens, quam cul-

culpa committat.ib.n.21. Qua ratione priuatis Miſſis debeat inſeruire. pag.69.in fine.

Ætas.

Prærequiſita ad primam Tonſuram, & tres minores Ordines.pag. 12. nu. 13. Ad Acco'ytatum. pag.67. num. 18. Ad Subdiaconatum. pag. 74. nu. 16. Ad Diaconatum. pag. 144 num. 44. Ad Presbyteratum. pag. 138. num. 26. Ætas computatur à die natiuitatis.ibid.In ætate non diſpenſat Epiſcopus, pag. 124. nu. 44.

Altare.

Debet eſſe conſecratum, & lapideum. pag.215.nu. 257 Quando execretur. ib.Quomodo debet eſſe ornatum ib. Celebrans in Altari non conſecrato an delinquat, & incurrat aliquam pænam. pag. 218. n. 266.

Angelus.

Aut anima ſeparata an poſſit miniſtrare Sacramenta. pag.23. n. 2.

Annus.

Duplex, mathematicus, & eccleſiaſticus. pag.138.nu.26.In fauorabilibus ſufficiat annus incæptus. ibid.

Ap-

Applicatio.

Sacrificij quando, quomódo, & quibus facienda.pag 191.à nu. 195. vſque ad 208.

Approbatio.

Sacerdotis quid ſit, & à quo petenda pag.134.num.12.& 13. Ea neceſſaria eſt ad abſoluendũ extra mortis articulum.pag.135. n. 17. Non approbatus an validè abſoluat in articulo, ſi approbatus facilè vocari poſſit. pag. 136.nu.20.Non approbatus an poſſit in articulo mortis cõſtitutum audire, ſuperueniente approbato.ib.n.21.

Aqua

Naturalis eſt materia remota Baptiſmi.pag. 117.n.20. Quæ quantitas ſufficiat.ibid.nnm. 21. Aqua vino neceſſariò miſcenda, pro Euchar. pag. 150. nu.68. Quanta adhibenda. pag. 151. num. 69. Significatio talis admixtioni ibid.num.72. An immediatè conuertatur in ſanguinem Chriſti. pag. 152. nu. 73. Qua ratione ſeparetur à vino. ibid. num.74. An ſeparata retineat conſecrationem. ibid.

Ar-

Articulus mortis.

Quis cenſendus in eo conſtitutus. pag. 135. num. 16. A quibus ſimplex Sacerdos poſſit eo caſu abſoluere. pag. 134. num. 15.

Attentio.

Duplex interna, & externa. pag. 92. n. 68. In quo conſiſtat attentio externa. ibid. n. 69. Attentio interna duplex, actualis, & virtualis, & in quo vtraque conſiſtat. ibid. nu. 70. Quæ attentio ſit neceſsaria ad implendũ Eccleſiæ præceptum. ibid. nu. 71.

Attritio.

Quid ſit, & quomodo differat à contritione. pag. 178. num. 159. Attritio cognita an ſit ſufficiẽs diſpoſitio ad dignè celebrandum. pag. 177. nu. 156.

Baptiſmus.

Eſt medium neceſſarium ad ſalutem. pag. 118. num. 28. Cur vocetur ianua omnium Sacramentorum. pag. 119. nu. 29. Eius materia. pag. 117. nu. 20. Forma ib. n. 25. An Baptiſmus poſſit iterari. ibid. num. 25. Quam pęnam contrahant rebaptizantes. ib. Quot Patrini adhibendi. pag. 119. num. 30.

Quæ

Quæ cognatio contrahatur, & inter quas perſonas. ibid. n. 31. Quid requiratur ad hanc cognationem contrahendam. ibid. num. 32.

Benedictio.

Veſtium ſacrarum neceſsaria. pagin. 217. num. 264.

Beneficiati.

In ſacris conſtituti ſi omittant horas canonicas, an duo mortalia committant. pag. 86. num. 53. Beneficiatos an teneatur ſocium quęrere, ſi officium ſolus non poſſit recitare. pag. 88. nu. 59

Cauſa.

Efficiens dublex, phyſica, & moralis. pag. 19. n. 18. Quæ ſit cauſa phyſica, & quæ moralis. ibid. nu. 19.

Cenſura.

Eccleſiaſtica quid ſit. pag. 101. n. 104. Quotuplex ſit cenſura. ibid. nu. 105.

Character.

Quid ſit. pag. 21. num. 2. Quotuplex ſit Character. pag. 22. n. 5. Ad quid deſeruiat. ibid. n. 6. An Character poſſit recipi ſine gratia. ibid. nu. 7. Quis ſit capax Characteris. ibid. nu. 8.

Cha-

Charitas.

Eſt habitus ſupernaturalis, quem complectitur habitualis gratia.pag.17. n. 14.An ſit neceſsaria ad ſalutem. pag. 142.num 35.Qua ratione amandus ſit Deus.ibid.n.36.Quo pacto proximus pag. 143.num.38. Quis intelligatur nomine proximi. ibid.nu. 39.In quo ſumma charitatis contineatur. pag. 122.num.41.

Clericus.

Vnde nomen deducat.pag.46.num.10. Eius requiſita diſpoſitio pag.48. nu. 20.Eiuſdem habitus. ibid. num. 21. Quibus priuilegijs Clerici gaudeant. pag.49.num. 27. Quid requiratur, vt ijs gaudeant.ibid.nu. 28.Quæ actiones. & artes Clerici prohibeantur. pag.68.n. 22. Clericus ſuſcipiens Ordines minores in mortali an aliud mortale committat.pag 66. num. 14.

Concomitantia.

Idem eſt ac naturalis connexio. pag. 169. num. 131.Sanguis Chriſti eſt ſub ſpecie panis,& Corpus ſub ſpecie vini per cõcomitãtiam.ib. Perſona Patris,

tris, & Spiritus Sancti quomodo ſint in Euchariſtia. ibid. n. 132.

Confeſſio.

Sacramentalis præmittenda eſt Sacerdoti mortalis cōſcio, antequam celebret. pag. 172. n. 146. Quid, ſi non detur copia Confeſſarij pag. 173. num. 148. Quibus in caſibus cenſendus eſt deſſe Confeſſarius. ib. n. 150. Deficiente Cōfeſſario, quãdo Sacerdoti celebrare liceat. pag. 174. nu. 151. An ſtatim habita Cōfeſſarij copia, teneatur Sacerdos confiteri. pag. 175 nu. 154.

Confirmatio.

An neceſſariò prærequiratur ante ſuſceptionem Tonſuræ, & minorũ Ordinum. pag. 46. n. 12.

Conſecratio.

Sanctæ Euchariſtiæ an neceſſario requirat panem triticeum. pag. 147. n. 53. An debeat eſſe azymus. ib. n. 55 Quid de materia mixta. pag. 148. num. 58. An poſſit conſecrari ſola ſpecies panis, vel ſola vini. pag. 152. num. 76. Quæ quantitas materiæ poſſit conſecrari. pag. 155. nu. 81. Materia conſecranda quomodo debeat eſſe ſacrificanti

canti

canti expoſita. ib. nu. 82. An debeat eſſe diſtincta, & determinata. pag. 156. num. 86. pag. 157. num. 87. Si conſecratæ formulæ miſceantur non conſecratis, quid faciendum. ib. n. 88. Conſecrandæ formulæ quādo ſacrificanti deferendæ. ibid. n. 89. Conſecratæ an ſint cenſendæ vini guttæ calici adhærentes. pag. 158. num. 92. Huiuſmodi guttæ in calice abſtergendæ. ibid. num. 91.

Contemptus.

Sacramentalium an ſit mortale peccatum. pag. 37. nu. 5.

Contritio.

Quid ſit, & quomodo differat ab attritione. pag. 173. num. 150. Contritus an adhuc indigeat Sacramēto Pœnitentiæ. pag. 134. num. 14. An aliquando ſufficiat contritio ad Sacramentum dignè adminiſtrandum. pag. 25. num. 10.

Corporale.

Ex qua materia. pag 215. num. 257. Cuius ſit typus. ibid. Vti corporale immundo an ſit mortale pag. 116. num. 260.

Cor-

Corpus Chriſti
Aliud verum, aliud myſticum. pag. 38. n. 3. Corpus Chriſti verũ latitat ſub ſpecie panis, & qua ratione. pag. 165. num. 118. Quomodo fiat præſens in quo conſiſtat hæc præſentia, ibid. n. 119. An ſit ſub ſpecie vini per concomitantiam, pag. 168. n. 130. An ſit integrum, & quantum. Quando deſinat eſse ſub ſpeciebus. pag. 183. nu. 175. Vide V. Euchariſtia.

Defectus
Miſsæ quomodo ſupplendi. pag. 219. n. 269. & ſequent.

Diaconus
Significat Sacerdotis Miniſtrum. pag. 111. n. 1. Eſt ordo maior, & ſacer. ib. n. 2. Quæ eius materia. pag. 113. nu. 8. Forma, ib. n. 8. Effectus, n. 11. Cantat Euangelium, ib. n. 12. Cur non dicat Deus, ſed Dominus vobiſcum. pag. 114. n. 14. Officium Diaconi. ib. n. 15. An peccet mortaliter, exercendo in peccato mortali, ibid. n. 16. Refertur caſus horrificus de Diacono, qui miniſtrauit in mortali. ibid. Quæ Sacramenta, miniſtrare poſsit, & quo in

caſu pag. 116. nu. 17. Nullo caſu valet adminiſtrare Sacram. Pęnit. n. 19. Ætas nu. 44. Scientia. Vide Præfationem eiuſdem Ordin. Onera. pag. 126. nu. 52. Præpationes ad hunc Ordinem. pag. 127. num 55. Quid ſi nunquam exerceat actum Ordinis. pag. 128. nu. 57.

Dimiſſoriæ.

Conceduntur ab Epiſcopo. pag. 73. n. 12. A Capitulo etiam, Sede vacante, poſt annum à die vacationis. pag. 74. n. 14. Arctatis verò etiam infra annum. ibid. Et quid, ſi dimiſſorias neget Epiſcopus. pag 73. num. 13.

Eccleſia

Quibus caſibus violetur, & quibus non. pag. 216. ib. 252. An in violata Eccleſia licet celebrare. ibid. nu. 250.

Energumeni.

Nomine qui veniant. pag. 60. n. 5.

Epiſcopus

Miniſter Ordinarius Sacramenti Ordinis. pag. 63. n. 5. Si ordinet Clericum ſine titulo, ad quid tenetur. pag. 81. n. 36. Nō diſpenſat in ętate ad Ordines requiſita. pag. 125. n. 44 Epiſcopatus

an

an ſit diſtinctus Ordo à ſacerdotio. pag.42. nu.5.

Euangelium

Quid ſignificet.pag. 113. n.12. Duplex eſt Euãgeliorum ſenſus,litteralis, & myſticus. pag.120.n.33.Quis ſit ſenſus litteralis.n.34. Quis myſticus.ib. Myſticus diuiditur in allegoricum, anagogicum,& moralem.n.35. Quid ſignificet ſenſus allegoricus.pag.121. n.36.Quid anagogicus.ib.Quid moralis.ib.Quotuplex ſenſus reperiatur in Euangelio n.37.Quando verba accipienda ſunt propriè, & quando translatè.n.38. An plures ſenſus myſtici in eodem verbo. pag.122.nu,39. Quo ſenſus explicandum ſit Euange. lium.num.40. An licet vti ſententijs Euangelij per accommodationem.n. 41. Quid nominæ Sacræ Scripturæ intelligatur. pag.123. nu. 42. Qui libri ſint relati in canonem ſcripturæ. ibid. n.43. Vide V. libri.

Euchariſtia. Vide Corpus Chriſti

Excommunicatio.

Quid ſit,& quotuplex. pag. 101. n.106. anathema an differat ab exõmuni-

catione, nu. 109. Quid requiratur ad eam incurrendam, n. 103. Quid excuſet. n. 11. Quam ob cauſam incurratur excommunicatio minor. pag. 104 n. 115. Excommunicatus, abſoluens in articulo mortis, an fiat irregularis. pag. 32. nu. 35. Abſolutus ab excommunic. in articulo, ſi conualeſcat, ad quid teneatur, pag. 135. nu. 18. Ad incurrendam excomm. contra percuſſorem Clerici, quid requiratur ex parte percuſſoris, & ex parte Clerici. pag. 50. n. 31.

Exorciſta

Vnde dictus. pag. 60. n. 1. An ſit ordo n. 2. Materia, forma, & effectus nu. 3. 4. & 6. Officium, & an valeat ſtatim illud exercere. pag. 61. nu. 7. & 8. Qua diſpoſitione accedere debeat. ibid.

Fictio

Duplex, ſimulatio, & non recta diſpoſitio. pag. 33. n. 6. Recedente fictione, an Sacramenta conferant gratiam. pag. 74. nu. 7.

Fides

An ſit neceſsarium medium ad ſalutẽ. pag. 140. n. 28. Fides poteſt haberi ab omni-

omnibus gentilibus . pag. 141. nu. 31. Quid ſit fides explicita, & implicita ibid. nu. 33.

Fęmina

Non eſt capax ſacramentalis ordinationis . pag 40. nu. 12.

Forma

Baptiſmi . pag. 117. nu.25. Pęnitentiæ pag. 137. n. 23. Euchariſtiæ, pag. 150. n.93. Variatio formæ multiplex. pag. 12. n. 23. Quæ variati o irritum reddat Sacramentum. ibid. n.4. & pag. 160. n. 99. An metu mortis poſsit miniſter vti forma dubia . pag. 23. nu. 6.

Fructus

Sacrificij Miſsæ duplex, ex opere operato, & operantis, pag. 186. n 183. Quid ſignificet hic duplex terminus, ib. n. 184. Quotuplex fructus ex opere operato, nu. 185. In quo conſiſtat effectu propitiationis, & ſatisfactionis. pag. 186. & 188. An ſit certus . pag. 188. n. 189. An finitus, & limitatus . pag. 202. n. 223. Quando applicari debeat n. 206. Fructus ex opere operātis quotuplex, pag. 181. nu. 191. 192. An hic fructus ſit certus . pag. 207. num. 193.

Gratia

Dei quid ſit.pag.23.n.1. Diuiſio gratiæ inhærentem, & nō inhærentem.ib.n. 3.Diuiſio inhærentis in gratis datam & gratum facientem.34.Diuiſio gratum facientis, in actualem, & habitualem. n.7. Differentia inter vtrāq; n.8. Diuiſio actualis in exercitatem, & adiuuātem,n.9.Diuiſio in præuenientem,& ſua ſequētem,n.11.Quid ſit gratia ſufficiens, & efficax.nu.12. An omnia ſacramenta conferam prima gratiam. pag 18. n.17. Complectitur varios habitus, n. 14. Quid ſit prima, & ſecunda gratia,nu. 15. An intercedat aliqua differentia.ibid. n. 16. Gratia in quo ſubiectetur . pag. 20.n. 21. Quo pacto in anima efficiatur, ibid. n. 22.

Habitus Clericalis . Vide Clericus .

Horæ Canonicæ.

In quo partes diuidantur pag.83. num. 45. Sacris initiati tenentur quotidiè recitare.pag.82.nu.41. Vnde proueniat obligatio pag. 83. n. 42. Quo iure obligentur.pag.84.nu.47.Quid de Clerico excommunicato. ibid. n.49.

Quæ

Quæ omiſſio ſit mortale peccatum. pag. 85. num. 51. An qui non poteſt recitare totum officium, teneatur ad partem. ibi. n. 52. Qui hodie non recitauit officium, an teneatur craſtina die ſupplere. pag. 88. num. 57. In quibus caſibus quis excuſetur. ibid. num. 58. & ſequentibus. Quale officium recitandum. pag. 89. n. 61. Quid de mutante, vel interrumpente officium. pag. 90. n. 64. 65. Qua intentione, & attentione. ib. nu. 67. 68. Intra quod tempus recitandum. pag. 93. n. 75. Qua voce. ib. n. 74. Quid de eo, qui cùm tempus, tum ordinem immutat. pag. 94. n. 79.

Hoſtia

Ex qua materia pag. 147. n. 53. Quibus qualitatibus affecta. ib. n. 55. An ex pluribus tres, vel quatuor, vel eiuſdẽ hoſtiæ dimidia tantũ conſecrari poſſit. pag. 156. n. 86. Quid ſi decem pro octo appoſita ſint hoſtiæ. pag. 157. n. 87. Quãdo deferri debeant ad Altare ib. n. 89. Quid ſit formulæ ſint in vaſe cooperto, vel extra corporale, pag. 156. n. 84. 85. An neceſſariò ſumenda ſit hoſtia in Miſſa conſecrata.

pag.153. nu.79. Deficiente hoſtia ex grandiribus,an Sacerdos poſsit adhibere paruam.pag.154. n.80. Formulę conſecratæ ſi miſceantur non conſecratis, quid faciendum Sacerdoti. pag.156. nu.88. Vide V. conſecratio.

Ieiunium

Duplex,naturale, & Eccleſiaſticum,& quale requiratur ad celebrandũ, pag. 79.nu.165. An parum aquæ, vel vini frangat ieiunium. pag. 180. nu.166. Quid ſi fruſtillum, ligni, vel papyri degluriat Sacerdos. pag. 179. nu.163. Aqua per nares traiecta ad ſtomachũ, an frangat ieiunium,nu.153. Quid ſi dubitet Sacerdos an mediam noctem cęnando exceſserit. nu. 156. Quibus caſibus liceat Sacerdoti celebrare nõ ieiuno,nu.157. Particula hoſtiæ conſecratæ poſt ſumptum ſanguinem inhæret calici, quid faciendum Sacerdoti,nu. 158. Quid de fragmento reperto poſt ſumptam ablutionem, ib.

Intentio

Quid ſit pag.25. n.14. Diuiſio in actualem, virtualem, & habitualem. pag. 26.n.16. Quid vnaquæque,nu. 16. 17. 18.

18. Quæ ſit neceſſaria ad conficiendum Sacram. nu. 19. Differentia inter intentionem, & attentionem. pag. 27. nu. 22.

Interdictum.

Quid ſit, & qui eius effectus. pag. 105. n. 121. Quotuplex. ibid. n. 121. Propter quod delictum ſoleat ferri. pag. 106. nu. 122.

Interſtitia.

Ordinum quid importent. pag 82. n. 38. In ſeruandis interſtitijs an attendendus annus mathematicè. ib. num. 40. Quis diſpenſet. nu. 39. Pœnæ contra non ſeruantes interſtitia. ibid.

Irregularitas.

Quid ſit, & quis eius effectus. pag. 106. n. 123. Defectus, qui irregularitatem inducunt ib. n. 125. Delicta irregularitatem inducentia. pag. 107. nu. 126. Quomodo tollatur. pag. 108. nu. 127. Quis in ea diſpenſet. ibid. n. 128.

Iuriſdictio.

In quo cõſiſtat, & quãdo detur Sacerdoti. pag. 144. nu. 12. & 13. An ſit neceſſaria ad abſoluendum. pag. 133. n. 10. & 11. An ſit inualida abſolutio dato

ſine iuriſdictione extra articulum. pag. 135. num. 17. Quid ſi concurrat error communis, ibid.

Lectoratus

Vnde dictus, & an ſit Ordo pag. 55. n. 1. & 3. Qua ratione lecto r legere debeat. ibid. n. 2. Materia, forma, effectus, 4. 6. & 7. Munera pag. 57. num. 10. Qua diſpoſitione accedere debeat. pag. 58. nu. 19.

Libri

Sacræ Scripturæ veteris teſtamenti, pag. 123. num. 43. Libri legales. pag. 135. Hiſtorici. ibid. Sapientiales, ib. Prophetici. ib. Libri noui teſtamenti. pag. 124. Legales. ibid. Hiſtorici. ib. Sapientiales. ibid. Prophetici, ib.

Materia

Sacramentorum duplex, remota, & proxima, & quid vtraque. pag. 18. n. 3. Quid quando materia eſt dubia, vel mixta. pag. 19. n. 7. & 8. Quæ connexio inter materiam, & formam. pag. 20. n. 9. Quid ſit connexio moralis, & phyſica ib. Quo pacto adeſſe debeat Miniſtro, ibid. n. 10.

Ma-

Matrimonium

Contrahens conſtitutus in ſacris, quā pęnam incurrat. pag. 97. nu. 51. Matrimonium tantùm ratum an diſſoluatur per ſuſceptionē ſacri Ordinis. pag 68. num. 92. Quid ſi matrimonio iunctis ſacris initietur. ibid. nu. 93.

Miniſter

Sacramentorum quis. pag. 23. n. 1. Quibus qualitatibus præditus ibid. n. 3. An probitas neceſſaria. pag. 24. nu. 6. Quid ſi ſit in mortali. pag 25. nu. 10. Quid de laico in neceſſitate baptizāte pag. 24. nu. 8. An excommunicatus validè miniſtret. n. 11. Quid in articulo mortis. pag. 30. n. 30. Quid ſi hæreticus, ſit n. 12 Quotuplex poteſtas ſacrorum Miniſtrorū. n. 29. Vnde proueniat. ib. An poſſit miniſtrare indignis. pag. 234. n. 36. Quid fieret de illo, quem Miniſter baptizaret ſine intentione pag. 118. n. 28. Qui ritus ſeruari debent à Miniſtro in Sacramentis adminiſtrandis. pag. 27. nu. 23. An Miniſter mortaliter delinquat, mutādo ritus ab Eccleſia præſcriptos. pag. 28 n. 26. An duo Miniſtri poſſint cō-

ficere vnum, & idem Sacramentum. pag. 29. nu. 28.

Miſſa

Vnde dicta. pag. 145. n. 46. An ſit ſacrificium. nu. 45. Ad quod ſacrificiorum genus ſpectet. ib. n. 48. Partes Miſſæ. pag. 146. num. 50. Neceſſaria ad Miſſam, nu. 51. Sacrificij Miſſæ materia. ib. n. 52. vſque ad 59. Miſſa mali Sacerdotis an ſit æqualis valoris ſicut probi. pag. 190. n. 194. An pro Miſſa de requiem celebrari poſſit de Sancto, & vice verſa. pag. 196. num. 209. & 210. Quibus caſibus liceat celebrare plures miſſas, pag. 199. num. 215. An in die Natiuitatis Domini ſint neceſſariò dicendæ & audiendæ tres miſſæ, pa. 200. n. 216. Myſtica harum Miſſarum ſignificatio. ib. 217 An miſſa interrumpi aliquando poſſit. nu. 218. Quodnam iuſtum miſsarum ſtipendium, pag. 202. num. 222. Quo titulo Sacerdotes poſſint pro miſsæ celebratione ſtipendiũ accipere. pag. 201. n. 221. An feria quinta maioris hebdomadæ liceat priuatim celebrare. pag 28. n. 232. Quid de feria ſexta. n. 237. An in Sabbato Sancto, n. 238.

Tem-

Tempus præſcriptum ad Miſsam. pa. 229. n. 139. Quid ſi ante auroram, vel poſt meridiem. pa. 228. n. 240. Quo in loco Miſsa celebranda. pag. 211. nu. 245. & 246. Quid ſi Eccleſia ſit polluta. n. 250. Requiſita ad Miſsam. pag. 215. nu. 257. An ſine Miniſtro. pag. 216. & 258. Sine miſsali, lumine, ſtola, manipulo, pag. 217. n. 263.

Neceſſitas

Duplex, medij, & præcepti. pag. 13. nu. 9. Neceſsaria ad ſalutem, pag. 140. à num. 28. vſque ad 35.

Oratorium

An debeat eſse benedictum. pag. 211. n. 247. An gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, pag. 212. n. 248. An ſubiaceat violationi, ſicut aliæ Eccleſiæ. ibid. num. 249.

Ordo

Quid ſit, pa. 44. nu. 1. An differat ab ordinatione. n. 2. Numerus Ordinũ. pa. 41 n. 1. An omnes ſint æquales. ib. n. 2 Cur alij maiores, alij minores, n. 3. An ſinguli ſint Sac. nu. 6. Ad quid plures Ordines p. 43. n. 8. Quãdo inſtituti, n. 10. Quis ſit capax. p. 46. n. 11. An neceſsarius character Confirmationis

nis. n. 12. Quid de excommunicato exercente in minoribus. pag. 66. n 15. An minoribus initiati obligentur ad aliquam recitationem. n. 16. Quid ſit ordinari per ſaltum. pag. 74 nu. 17. An adactus per metum validè ordinetur. pag. 97. nu. 88.

Oſtiarius

Vnde dictus. pag. 52. n. 1. Quæ materia, n. 2. Quomodo tangenda. n. 4. Forma, n. 5. Effectus, n. 6. Eius officium. n. 7. Quinam arcendi ab Eccleſia. num 9. Prærequiſitæ conditiones n. 11. Habitus n. 12. Animi diſpoſitio, nu. 13.

Patrimonium

Clerico ad ſacros promouendo an ſit neceſſariũ, pag. 43. n. 23. An Clericus poſſit ordinari ad titulũ ſeruitij Eccleſiæ, n. 24. Quid de eo, qui ordinaretur ſine patrimonio. n. 25. Cur Eccleſia id ordinauit. n. 26. Ordinandus eſt filius Patris diuitis, an poſset ordinari ſine aſſignatione patrimonij. pag. 88. n. 27. Ad ſacros promotus an valeat alienare patrimoniũ. n. 29. Quid ſi de facto patrimonium alienet. n. 30. & ſequen. An in aliquo caſu poſſit

per-

permitti promoto, vt patrimonium alienet. nu.35. Pœna contra ordinatum cum ficto patrimonio. num.25. Quid, ſi Epiſcopus ordinet aliquem ſine patrimonio. pag. 81. n. 36.

Patrini

In Sacramento Baptiſmi quot admittendi. pag.119. n.30.

Peccatum

An multiplicetur ob multiplicationem præceptorum. pag 87.nu 55. An ob multiplicationem virtutum, quibus actio aduerſatur.ibid.Quot peccata committat Clericus in ſacris, actum libidinoſum exercens. pag.98. num. 94.

Pœnitentia

Sacramentalis an ſit medium neceſsarium ad ſalutem. pag.13. n.9. An neceſsaria contritis.pag.134. n.14. Forma Sacramenti Pœnit. pag. 137. nu. 23. Vide Confeſſio.

Pollutio

Animarum dira lues. pag.214. nu. 155. An quando eſt inuoluntaria, impediat à celebratione. ib. Quid quando voluntaria. ibid. Tam virulenta peſte infectæ ſunt pleræque damnatorum animæ. ibid.

Portio
Sacrificij ſpecialiſſima an alijs poſſit applicari.pag.202.nu.224.

Potentia
Dei abſoluta, & ordinaria, & quid vtraque, pag.12. n.8.

Poteſtas
Sacrorum Miniſtrorum duplex Ordinis, & iuriſdictionis,pag.140.nu.12. Iuriſdictionis duplex ordinaria, & delegata,ibid. Quando, & quomodo detur, num.13.

Presbyter
Quid ſignificet.pag.131.nu.1. Quibus ſuccedant in Eccleſia, n.2. Definitio Presbyteratus,ib.n.5. Quando inſtitutus,n.6.Materia,n.7.Quomodo tãgenda,n.8. Forma, n.9. Miniſter,pag. 138.nu. 24. Effectus,nu. 25. Ætas requiſita, nu. 26. In hunc ordinem qui aſſumendus, num. 27 Et collata poteſtas, pag.134. nnm.12.

Rudimenta
Chriſtianæ Religionis in quo conſiſtant, pag.57. nu. 12. Fidelibus à Lectore ea ſint tradenda, ibid.

Sacerdos

Eſt ordinarius Miniſter S.Euchariſtiæ, pag. 170. nu. 135. An ſtatim ordinatus poſſit abſoluere, pag. 133. nu. 11. An ſaltem à venialibus, & mortalibus aliàs confeſſis,pag.30.n.30. Quid de excomm. minori, ib. Sacerdos an ſacrificet in Perſona Chriſti, Eccleſiæ, & propria, pag. 189. n.192. Diſpoſitio animi,pag.172. à n. 146. vſq; ad 158. Diſpoſitio corporis, à n.165. vſque ad 174. An præmittere debeat matutinas preces num. 162. Quoties in anno celebrare teneatur,pag. 198. nu. 212. An ſit commendabilis vſus quotidiè celebrandi . nu. 213. Obligatus quotidiè an poſſit aliquando vacare pag.205. num.229. Obligatus quotidiè an aliquando pro ſe, vel cognatis, aut benefactoribus poſſit offerre. Vide cap. 15. in Epitom. Sacr. Ritu. §. addit Diana. Quid ſi infirmetur. nu. 231. In die commemorationis defunctorũ an teneatur omnes Sacerdotes Sacrificare, & offerre, nu. 232. Quem Miſsarum numerũ poſſit ſuſcipere,pag.206. nu. 233. An poſſit retinere partẽ ſtipis, alteri commiſsa,

Miſſa

Miſſa, n.134. Quod, ſi celebrationem Miſſarum diu differat. pag.207. num. 235. An in alia Eccleſia, vel Aliari poſsit celebrare, nu.259. Quid, ſi vtatur veſtibus, aut vaſis immundis. nu. 260. Vide V. Miſſa, & Sacrificium.

Sacramentum

Quid ſignificet. pag.10. n.1. Quid ſit. n. 3. Vera definitio Sacramenti, nu.4. Quot conditiones requirantur ad conſtituendum Sacramentum. nu.5. An ſacramenta ſint neceſsaria, nu.6. Qua ratione ſingula. pag.13. n.10. Sacramentorum numerus. pag.14. nu.1. cap. 2. Quis eorum auctor. num.2. Quando Chriſtus Sacramenta inſtituit. n.3. Cur tantùm ſeptem. nu. 5. Eorumdem differentia, num.7. Quæ ſint Sacramenta viuorum, & quæ mortuorum, nu.8. Quæ iterari non poſsint. num.9. An habeant æqualem dignitatem. nu.10. Partes eſſentiales, Sacramentorum, pag.18. num. 1. Quid nomine materiæ. ibid. nu.2. Quotuplex materia. nu. 3. Quæ connexio neceſsaria cum forma, num.9. Forma Sacramentorum. pag. 21. n.1. An mutatio vitiet formam, num.3.

Quot

Quot modis varietur forma, n. 4 Effectus Sacramentorum . pag. 24. nu. 1. Quotuplex ibid. Quæ gratia ſit effectus Sacramentorum. nu. 16. An omnia Sacramenta conferant primam gratiam . nu. 17. An producant gratiam phyſicè, an moraliter . num. 20. Quis ſit ſecundus effectus . pag. 21. num. 1. Quotuplex character . num. 5. Reuocatus ad vitam cur non rebaptizetur . num. 4. Quis ſit capax characteris, num. 8. Quis ſit miniſter Sacramentorum . pag. 23. num. 1. Diſpoſitio ſuſcipientis. pag. 33. num 4. Quid de ficte ſuſcipiente. num. 6. An recedente fictione Sacramenta conferant gratiam . num. 7. An à prauo Miniſtro liceat petere . Sacramenta, num. 8. Differentia inter Sacramentalia, & Sacramenta . pag. 35. num. 1. Quæ ſint Sacramentalia, nu. 2. Quid efficiant . num. 4. Neglectus eorum an peccatum . num. 5.

Sacrilegium

Graue committunt Clerici in ſacris, & Religioſi profeſsi libidinoſum actũ exercentes . pag. 98. n. 94. Lethali fędatus, ſi celebret, ſacrilegium grauiſſi-

uiſſimum non effugit. pag. 172. nu. 145.

Sacrificium

Quid ſit, pag. 144. n.42. Quotuplex ſacrificiorum genus, nu. 43. Diuerſitas quoad finem, n.44. An Miſsa ſit ſacrificium, n.46. Ad quoad genus ſpectet, nu.48. Materia, pag. 147. nu. 56. Ad perfectionem ſacrificij an opus ſit vtriuſque materiæ conſecratio ; & ſumptio, pag.253. nu.77 & 78. Sacrificium Miſsæ ſoli Deo debetur, pag. 191. nu. 195. Diſcrimen inter Sacrificium, & Sacramentum, pag. 185. nu. 179. Quid perficiatur prius, ibidem num. 180. Sacrificium fieri non poteſt, niſi conſecrando, neque conſecratio, niſi ſacrificando, ibidem numero 181.

Stola

Quomodo vtatur Diaconus, pag. 128. n.56. Quomodo Sacerdos, n. 162. An aliquando celebrare poſſit ſine ſtola, num. 63.

Subdiaconus.

Vnde dictus, pag.71. n.2. Cur nuncupetur maior, n.3. Materia, n.5. Quomodo tangenda, nu. 7. Forma, n.8. Effectus,

ctus, pag.72. nu.9. Quando imprimatur character, n.10. Miniſter, nu. 11. Officium, pag.74. nu.15. Prærequiſita in Subdiacono, nu.16. Ætas titulus, Bonum teſtimonium, Scientia, interſtitia, & onera. pag.75. à n.17. vſque ad 41. Habitum, & tonſuram deferre debet, pag.198. nu.97. An communicare teneatur diebus Dominicis. nu.99. An delinquat exercens in mortali, n.100. Quid ſi miniſtret ſine manipulo n.101. Proprium inſigne Subdiaconi, nu. 102. Quomodo accedere debeat pag.109. nu. 129. Quid, peracta ordinatione, imponatur Subdiacono faciendum. ibid. nu. 130.

Suſpenſio

Quid ſit, pag.104. nu. 117. ſuſpenſio à Diuinis quid prohibeat ibid. nu. 11. Pœna contra violantes ſuſpenſionem, pag.105. nu.119.

Teſtamentum

Vetus, & nouum quid ſit, pag. 57. nu. 11. Qui ſit libri veteris, & noui teſtamenti. pag. 123. num. 43. Vide V. Libri.

Titu-

Titulus

Prærequiritur in promouendo ad ſacras, pag.76. n.23. Quotuplex ſit titulus. Vide Patrimonium.

Tonſura

Quid ſit.pag.45.n.3. In quo conſiſtat, n.4. An ſit Ordo,& imprimat characterem.pag.48. n.23. Quid ſignificet. nu. 5. Quis eam inſtituerit. num. 6. Cur in vertice capitis. num.7. Quid nomen Clerici. num.10. Quis capax tonſuræ. n.11. Ætas, num. 13. qua ſcientia præditus eſſe debeat initiandus tonſuræ. n.14. Animi diſpoſitio in eo, qui tonſura inſigniri debet, num. 20. Habitus, num. 21. An præcedat Ordines. pag. 48. nu. 24. Tonſurati priuilegia. ib.n. 27 Requiſita in Clerico, vt illis gaudeat.n.28. Quę artes, & actiones prohibeantur Clericis. Vide V. Accolytus. nu.22.

Traſubſtantiatio

Quid ſit, & quo pacto fiat tam admiran-

randa conuerſio. pag. 165. à nu. 117. vſque ad 134.

Veſsis

A Clerici qualis diferenda. pag. 34. nu. 12. Sacræ veſtes requiſitæ ad Miſsam. pag. 216. num. 259. Earum ſignificatio, ibid. An vti veſtibus immundis ſit mortale. num. 265. Quando Sacræ veſtes amittat benedictionem. pag. 238. nu. 26.

Vinum

Eſt materia conſecrationis Chriſti ſanguinis. pag. 148. nu. 60. An vuæ ſint materia apta. pag. 149. n. 61. & quid de agreſta. n. 63. Quid de vappa, lora, & muſto. nu. 65. 66. & 67. An acetum validè conſecretur. ibid. nu. 64. Vinum congelatum an poſsit conſecrari. pag. 152. num. 75. Quæ vini quantitas infundenda. pag. 155. nu. 81. Deficiente vino, an liceat conſecrare ſolam materiam panis. pag. 153. num. 77.

Votum

Votum

Quid ſit, pag. 196. nu.84. Promouendi ad ſacros emittunt votum caſtitatis, pag.95. num 82. Greci non emittunt eiuſmodi votum,& cur,nu.83.Quid de eo,qui non intendit edere votum, pag.96.n.85. An excuſet ignorantia, n.86. An eximat malitia,n.87. Quid de metu adacto ad ſuſcipiendum ſacrum Ordinem,n. 88. An ratificetur votum per miniſterium, pag. 97. nu. 89. An ſit ſolemne, ibid. nu. 90.

FINIS.

SACRORVM RITVVM

Qui tum à Sacerdotibus, in peragendo Sacrificio Miſſæ.

Tum ab inferioribus Eccleſiæ Miniſtris, in obeundo proprio munere, adamuſſim ſunt ſeruandi.

EPITOME.

Ad commodiorem eorumdem Miniſtrorum vſum.

Collecta, & Concinnata

A IOSEPHO CABRINO

Sac. Theol. Doct. Sanctæque Generalis Venetæ Inquiſitionis Conſultore.



VENETIIS, M. DC. XCIV.

Typis Antonij Tiuani.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

in 4.° fog.

Opera di Monsig. Speroli sopra la messa

Summa Theologie moralis D. Tho: Aum.

Pre Fran.co Selio Frati Predicatori 9

Sinodi al S. Timor di Dio del Pre Cassiere

Gauanti in Rubricas Missalis, et Breviarij

Erudito Sacra

Trattenimento di Filagia

La Manna del Segnari

Vita Spirituale Rodriguez parti 9

Libro Spirituale del Annunziata

Meditazioni di S. Agostino parti 2

Reuerendiſs. ac Spectatiſſimo D.

D. POMPILIO

ABBATI PELLICIOLO,

Sac. Theol. ac I. V. Doctori,

Eccleſiæ Cathed. Bergomen. Canonico, & in Epiſcopali Curia eiuſdem Vrbis Vicario Generali, &c.

IOSEPH CABRINVS Fœlicit.

AB ipſis Mundi primordijs, Abbas Reuerendiſſime, lubuit ſupremò Conditori externo cultu ſibi honorem exiberi. Et quemadmodum nihil venerabilius, eſt nihil auguſtius in terris, quàm Religio; ita nullus miniſterij nitor, nulluſq; Miniſtrorum ordo, & ornatus exterior ſatis videri debet, quo congruum ſummo Numini obſequium, & cultus deferatur interior. Adeò vt, ſi à ſacris miniſterijs ordo, & decor auferatur, ſacra ipſa myſteria nec decora eſse poſſunt, nec vtilia ſatis, & religioſa. Hinc tot ritus ab Eccleſia præſcripti; tot leges rubricales editæ tot denique, de ijs

 adamuſ-

adamuſſim ſeruandis in ſacris functionibus, condita, ſunt decreta. Quàm verò, Præſes Sapientiſſime, vnà cum Ampliſſimo, æquè ac Vigilãtiſſimo Antiſtite, DANIELE IVSTINIANO (cuius vicẽ in Epiſcopali Curia incomparabili prudẽtia, & ęquitate geris) deſudat & ac vigilat ſolertia tua, vt Ecclesiarum Vrbis, & Diæceſis Bergomen. Miniſtri, potiſſimùm verò in Sacerdotes inaugurati, antequam ad peragendum Sacrum admittantur, præſcriptis Ritibus, & Rubricis ſint imbuti; quaue animi hilaritate afficeris; ſi eoſdem intelligas probè eſſe inſtructos, clarè liquet ijs, quibus innoteſcunt præclara tui muneris geſta; vel ad quos ſpectate Virtutis, ac ſedulitatis tuæ peruadunt præconia. Quidni igitur Epitomen hanc, erudiendis Eccleſiæ Miniſtris, conſcriptam tibi lubentiſſimè ſacrarem, qui & huic rei toto pectore incũbis, & ex percepta à Sacerdotibus Rubricarum diſciplina ſumma oblectatione perfunderis? Hoc igitur munuſculum, quo eximiam meam in te proferò venerationem, excipias ea, qua de inſtitutione Clericali benemeritos, complecti ſoles frontis ſerenitate. Annuatq; genuina comitas tua, vt hæ rubricales, vmbræ à Radijs Virtutum, ac meritorum tuorum optatum mutuentur lumen. Vale, Vrbis, Orbiſquè patrij decus: atque iter, quod cæpiſti, ad gloriæ culmen felix, & ſoſpes emetire.

Venetijs, anno à partu Virginis 1674.

Ad

Ad Lectorem.

CVM Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium opus ſit adeo ſanctum, & Diuinum, vt nullum aliud, quantumuis excellens, & magnum, cum eo conferri poſſit; ita nulla non ſolùm animi puritas, ſed nec vllus decor, & ornatus exterior ſatis videri debet, quo tantum miniſterium, vt par eſt, à Sacerdotibus tractari queat. Hinc tot rubricæ Miſſalis, tot Summorum Pontificium decreta, tot Sacræ Congregationis declarationes, tot deniq; Doctorum virorum de hac re prodierunt commentaria. Quibus non obſtantibus, tum in Sacroſancto Sacrificio peragendo, tùm in tanti miſterij nitore, ac ornatu, Sacerdotes adhuc non pauci, vel inſcitia, vel incuria, aut etiã legendi tædio fuſas Auctorum lucubrationes, ſæpenumero in errores prolabuntur. Quapropter cùm nonnulli ſumma doctrina pietate; ac auctoritate viri, qui Directorium Ordinandorum; pridem á me conſcriptum, perlegerunt, mihi aſſeruiſſent; fore vt de Eccleſiaſtica diſciplina non male mererer, ſi præcipuos ritus ad Clericos, in obeundo proprio munere, potiſſi-

mùm verò ad Sacerdotes, in peragendo Sacro, ſpectantes, ex Auctoribus, qui nimiùm fusè de hac reſcripſerunt, ſummatim ſelegiſſem, eoſque Directorio ſeorſim addidiſſem, tantorum virorum non obtemperare auctoritati, ac ſuaſioni non potui. Itaque rem aggreſſus ritus, ac caremonias, quæ Eccleſia Miniſtris, ad exercenda ſolemniter propria munia, neceſſaria, atque ad priuatam tum Miſsæ, tum canonicarum Horarum recitationem viderentur ſufficere, ex ſparſis, atque permixtis Miſſalis Rubricis, potiſſimùm verò ex Gauanti, & Claudij Arnudi lucubrationibus in Epitomen collegi, collectas digeſſi, ſingulíſquè Ordinibus proprias apponere nixus fui. Quod totum, vt tam de Sacerdotibus, quàm inferioribus Clericis benemererer, lubens præſtiti. Cęterùm ex hoc exiguo labore, ac induſtria, quæ tum maiorem rerum ſacrarum ſignificationem, tum congruum miniſterij decorem reſpicit, ac ornatum, ſi quid commodi, ac vtilitatis perceperis, gratias Deo referas; defectus imbecillitati meæ adſcribas, diùque ſoſpes viuas.

INDEX

CAPITVM,

Quæ in hæc Epitome continentur.

DE Ritibus à Clerico, in obeundo Thuriferarij officio, ſeruandis. Cap. I.

De Ritibus, qui ab Accolyto, in exercendo proprio munere, ſunt ſeruandi. Cap. II.

De Ritibus, quos Subdiaconus, in obeundo proprio officio, debet adhibere. Cap. III.

De Ritibus, in priuata canonicarum Horarum recitatione ſeruandis. Cap. IV.

De Ritibus, qui à Diacono, in exercendo proprio munere, debent ſeruari. Cap. V.

De Rubricis generatim in celebratione Miſsæ ſeruandis. Cap 6.

De Miſſis votiuis. Cap. VII.

De Ritibus, ſeu cæremonijs, quæ à Sacerdote in tota actione Miſſę ſunt ſeruanda. Cap. VIII.

De Rubricis præceptiuis in celebratione Miſsę

ſub mortali culpa ſeruandis. Cap. IX.
De Rubricis praeceptiuis ſub veniali culpa adhibendis. Cap. X.
De Rubricis dumtaxat directiuis. Cap. XI.
Quando Rubricas directiuas ommittendo, committatur peccatum. Cap. XII.
De defectibus in celebratione Miſſa, circa Rubricarum obſeruationem, euitandis. Cap. XIII.
De defectibus Miniſtrorum priuatis Miſſis inſeruientium. Cap. XIV.
Declarationes Sacra Congregationis ſuper decretis de celebratione Miſſarum. Cap. XV.

DE

DE RITIBVS

A Clerico, in obeundo Thuriferarij munere, ſeruandis.

CAP. I.

Clericus Thuriferarius quomodò portare debet Thuribulum?

PОrtare debet, leuiterquè agitare manu dextra, in anulum maiorem pollice immiſſo, anulum verò catenæ mediæ, ſiuè operculi digito anulari ſuſtentando, aliquantulum eleuata operculi catenula, nè ignis extinguatur.

Nauicula verò quò pacto deferenda?

Nauiculæ pedem tenere debet Clericus ſiniſtra manu, ſi ſimul cum Thuribulo eam deferat, ſi ſeorſim dextera, ita vt pars, quæ aperitur, à parte exteriori ſit, non pectus reſpiciat.

Thuriferarius in ingreſſu, ac regreſſu ab Altari, & in proceſſionibus quem locum ſibi vendicat?

Præcedit ante omnes, tàm inferiores, quam paratos Miniſtros; idquè obſeruandum etiam in abſolutione pro Defunctis.

In facienda incenſatione quomodo ſe geret Thuriferarius?

Porriget Diacono ſine oſculis nauiculam;

& interea ſuſtentabit ſiniſtra anulū maiorem, dextra verò complectetur catenulas circa medium earum, flexoquè quaſi genu dextero, eleuabit, offeretquè thuribulum celebranti; deinde reaccepta à Diacono nauicula ſine oſculis, eidem ſtatim tradet thuribulum.

Dum fit incenſatio, quid agendum thuriferario?

Dum celebrans incenſat cornu Epiſtolæ, ſi abſit Cæremoniarius, vel aſſiſtens, mouet librum de Altari, & reponit; quod item facit ad incenſationem Altaris poſt oblationem.

Peracta incenſatione, vbi conſiſtit Thuriferarius?

Redit in Sacriſtiam, quia non habet locum ſtabilem in presbyterio, vſque ad Euāgelium, in quo tenens, & porrigens nauiculam & thuribulum Diacono eodem modo, quo in principio Miſſæ, dum cantatur Euangelium, ſtat poſt Diaconum ad eiuſdem ſiniſtram.

Eſtne Turiferarij aliquando inſenſare alios?

Poſt incenſationem oblatorum, & Altaris à celebrante factam, Thuriferarius comitatur Diaconum, dum Chorum incenſat, illum præcedens: abſoluta incenſatione, receptoquè è manu Diaconi thuribulo, duplici ductu ipſum incenſat, mox aſſiſtentes ad credentiam Accolytos vnico ductu, deinde ter populum.

Quo pacto incenſare debet populum Thuriferarius?

Thuri-

Thuriferarius, facta genuflexione ante Altare, ter populum incenſat, primò in medio, deinde à dextris, tertiò à ſiniſtris eiuſdem populi, ante, & poſt ſe conuenienter inclinando, factaquè rurſus Altari genuflexione, redit in Sacriſtiam.

Idipſum obſeruandum eſt Thuriferario ad ſolemnes Veſperas, excepto, quòd tunc non redit in ſacriſtiam.

DE RITIBVS,

Qui ab Accolyto, in exercendo proprio munere, ſunt ſeruandi.

CAP. II.

Accolyti, ſolemni Officio inſeruientes, quomodo incedere, candelabraquè deferre debent?

Accolyti, quoad fieri poteſt, debent eſſe ſtatura pares, pariquè motu incedere, ità, vt qui à parte dextera incedit teneat dextra candelabri medium, ſiniſtra verò eiuſdem pedem, qui autem à ſiniſtris procedit, è conuerſo manu ſiniſtra candelabri nodum dextera ſuſtineat pedem.

Miſſæ ſolemni quarationè aſſiſtunt Accoliti?

Regulariter ſtant in plano cappellæ quoties

ties contingat tranſite ante Altare ſemper genuflexionem faciunt etiam ſoli Cruci: ad celebrantis confeſſionem Sacramenti conſecrationem, & in fine Miſſæ benedictionem ſimiliter genufle ctunt.

Candelabra in Miſſa ſolemni vbi ab Accolytis reponenda?

In cornibus mēſæ anterioribus ſunt collocāda, vt rurſus ea cōmodè reacipere poſſint

Cùm celebrans vnà cum Miniſtris paratis ſedet, vbi conſiſtere debent Accolyti?

Accolyti, dū cātatur Hymnus Angelicus, vel ſymbolū regulariter ſtant ad credentiā: ſi celebretur corám Epiſcopo, dū Diaconus genuflexus petit benedictionē Accolyti genuflectūt. Si verò ſolemniter celebretur ſine miniſtris, Accolyti vna cū celebrāte ſedent ſuper Altaris gradu in cornu Epiſtolæ, facie verſa ad celebrantem, non ad populum. *Arnaud p* 1. *tit* 16. *n.* 11. Cū Diaconus petit benedictionem, Accolyti ſtant, niſi coram Epiſcopo celebretur, quia eo caſu genuflectūt: dū verò cātatur Euangelium, Accolyti immobiles ſtant, nec capita vnquam inclināt,

Alione fungitur Officio in Miſſa ſolemni Accolytus?

Cùm Subdiaconus defert Calicē ad Altare, eum comitatur, ſeu potius ſequitur Accolytus, deferēs ampullas vini, & aquæ, quas alternatim tradit Subdiacono ſine oſculis.

Deinde cū celebrans lauat manus, ſtās Accolytus ei ampulam aquæ, manutergiumq; admouet, cum quaſi oſculis ante, & poſt.

Accolytus præterea dat pacem laicis, quos

quos Subdiaconus non incenſauit. *Vide Arnaud. p. 2. tit. 10. nu 28.*

Poſtea defert ampullas ad Altare, eaſq; porrigit ſine oſculis Subdiacono pro Calicis purificatione, qua facta, refert eaſdem ad credentiam.

Ad benedictionem celebrantis genufle-ctunt Accolyti, quod ſimiliter faciũt ad *Verbum caro*, verſus librum, non Crucem.

Finita demum miſſa, præcedũt pares cum candelabris, redeuntiq; ad Sacriſtiam.

Si aduertant Accolyti in alio Altari celebrantem eleuare Sacramentum, illudne adorare debent?

Accolyti, alijquè Clerici, non autem parati Miniſtri, in tali caſu poſsũt ad celebrãtẽ ſe conuertere, genuflectere, & Sacramentum adorare. *Vide Arnaud. p. 2. tit. 3. n. 3.*

Ad Veſperas ſolemnes quomodo procedunt Accolyti?

Procedũt pares detecto capite, geſtantes candelabra eodẽ prorſus modo quo ad Miſſam cum cereis accẽſis, qui ante altare ſe ſiſtentes, formanteſque cum Miniſtris paratis quaſi lineam rectam cum illis genuflectunt & aliquantulum orante; interim deponunt candelabra cum cereis extinctis ſuper gradu Altaris laterali, ſeu in plano capellæ.

Procedunt deinde ad propria loca, cantantquè cum alijs in choro Antiph. & Pſalmos, ſurgendo ad ſingulas Antiph. & initia Pſalmorum.

Hiſce finitis, ſumunt candelabra cum cereis accẽſis, accedunt ad celebrãtem cũ de-

bita reuerentia,eiquè aſſiſtunt,dum cantat capitulum, & initium Hymni.

Hymno intonato, Accolyti deponunt cã. delabra vbi priùs,nec reaccipiunt niſi cùm repetitur Antiphona poſt Magnif. tũc enim rurſus accedũt ad celebrantem cum candelabris,& cereis accenſis,eiq; aſſiſtunt verſa facie ad inuicem, compleƈtiſquè Veſperis, diſcedunt eodem modo, quo venerunt.

DE RITIBVS,

Quos Subdiaconus, in obeundo proprio Officio, debet adhibere.

CAP. III.

Recenſe ceremonias, quibus ſolemniter miniſtrans vti debet Subdiaconus?

SVbdiaconus, proprijs indutus paramentis, operto capite, demiſſis oculis, iunƈtiſquè manibus præcedens Diaconum procedit ad Altare in Miſſa ſolemni: in minùs ſolemni manu ſiniſtra portat Calicem, eleuatum ante peƈtus, burſam manu dextra ſuper Calicem tenens.

Vb peruenit ad Altare, ſe ſiſtit à ſiniſtra celebrantis, deteƈtoque capite, formando cum ceteris Miniſtris quaſi lineam reƈtam genufleƈtit, ſi eſt in Altari tabernaculum SS. Sacramenti, ſi non eſt, caput profundè inclinat Cruci.

Dein-

Deinde aſcendit ad Altare, depoſitoquè ad cornu Euangelij calice, explicat corporale, ita, vt ora corporalis oram Altaris tãgat collocatquè in medio calicem, ſic velo coopertum, vt in anteriori parte lateat totus calix: in Miſſa verò ſolemni collocatur calix inſtructus neceſſarijs ſuper menſa.

Hoc peracto, iunctis manibus, deſcendit, à cornu Epiſtolæ, & ſtans à ſiniſtra celebrantis, in confeſſione inclinatus ei reſpondit: ad *tibi pater*, & *te pater*, inclinat verſus celebrantem; ad *miſereatur* adhuc inclinatus manet; ad *indulgentiam* ſe erigit.

Cùm Sacerdos aſcendit ad Altare, Subdiaconus dextra manu albam, & veſtem anteriorem celebrantis parùm eleuat; dumquè Sacerdos oſculatur Altare, ipſe genuflectit.

Poſtea fit incenſatio, in qua paranda, Subdiaconus ſtat à ſiniſtris celebrantis; in ipſa verò incenſatione eleuat eam planetæ partem, quæ eſt circa brachia celebrantis, ne impediatur; alteram verò manum pectoris admouet.

Ad incenſationem celebranti à Diacono faciendam, Subdiaconus ſiſtit ſe contra cornu Epiſtolæ, nec cum Diacono inclinat caput Celebranti.

Poſtquam celebrans dixit introitum, Subdiaconus, reſpõdens dicit alternatim cũ eo nouies *Kyrie eleiſon*, in eodẽ cornu Epiſtolæ.

Vbi celebrans intonuerit Hymnum, Angelicum, Subdiaconus, facta genuflexione in medio, aſcendit ad Altare, & cum celebrante caput inclinat, cum eodemquè ſe ſignas

gnat in fine.

Si ſedendum erit, facta à Subdiacono genuflexione, deſcendit poſt Diaconũ ad ſedem paratam in qua ſedet, cooperto capite quod tamen toties aperit cum inclinatione quoties aperit, & inclinat Celebrans, quod obſeruandum eſt etiam in Symbolo.

Hymno finito, euertitur cum Celebrante ad Altare, dimiſſo bireto, factaquè reuerentia Altari, vel genuflexione Sacramento cum Celebrante, remanet in plano Cappellæ poſt Diaconum.

Quoties celebrans in Miſſa ſolemni vertit ſe ad populum, & dicit *Dominus vobiſcum*; Subdiaconus ſtat in plano Cappellæ formando lineam rectam.

Circa finem vltimę orationis, Subdiaconus, recepto ab aſſiſtente, vel Accolyto miſſali, factaquè genuflexione in medio Altaris procedit ad cantandam epiſtolam in cornu eiuſdem Altaris in plano.

Epiſtola cantata, Subdiaconus, præmiſſa rurſus genuflexione in medio Altaris, redit ad Celebrantem, & genibus flexis, oſculatur eius manum, ab eoquè benedicitur.

Defert deinde miſſale celebrantis ad cornu Euangelij, & ibi celebranti miniſtrat.

Cum Diaconus petit benedictionem, Subdiaconus ſtat, niſi coram Epiſcopo celebretur, quia eo caſu & ipſe genuflectit.

Dum cantat Diaconus Euangeliũ, Subdiaconus tenet librũ, & ſe gerit, ac ſi eſſet marmoreum legile, neq; vnquã caput inclinat.

Cantato Euangelio, Subdiaconus defert li-

librum apertũ ad celebrantem, ſine vlla reuerentia ob dignitaté ſacri Euangelij; clauſo deinde libro, reuerentiã celebranti, Altariquè facit, reponendo librũ ſuper menſam.

Cùm cantatur Symbolũ; genuflectit cum celebrante, ſi dum cantatur à Choro *Et incarnatus*, *&c.* celebrans ſit in Altari; ſi verò ſedeat capite detecto, cùm Sacerdote caput inclinat.

Dum Diaconus portat burſam corporalium ad Altare, ſurgit Subdiaconus, & ſtans capite detecto, expectat aduentum Diaconi vt cum eo ſedeat, ſicut priùs.

Redit poſtea ad Altare cum celebrante à quo dicto *Oremus*, aſcendit ad eundem celebrantem, facta priùs genuflexione.

Si calix accipiendus eſt de credentia Subdiaconus eum ſumit, depoſito velo ſuper menſa, vt commodiùs portetur.

Et notandum, quòd Subdiaconus manu ſiniſtra nuda tenet calicem, abſque velo ab humeris pendente, & per breuiorem viam illum defert ad Altare.

Dum Diaconus dat patenam cum hoſtia celebranti, Subdiaconus extergit calicem purificatorio.

Vbi vinum in calicem infunderit Diaconus, acceptã ab Accolyto ampullam aquæ Subdiaconus, parùm inclinatus, oſtendit celebranti, dicens, *Benedic Pater Reuerende*, moxque infundit aquam.

Interim Suadiacono datur à Diacono tenenda patena, cuius pars interior Subdiaconi reſpicere debet, quam ſic tenet vſq; ad

finem

finem orationis Dominicæ, neque genufle-ctit toties, quoties celebrans.

Fit deinde incenſatio, in qua Subdiaco-nus nihil ſe mouet, præterquam cum incen-ſatur, quò caſu aliquantulum Diacono in-clinat caput.

Ad *Orate fratres*, Subdiaconus reſpondet *Suſcipiat*, *&c.*

Paulò antequam dicatur *Sanctus*, facta genuflexione, Subdiaconus cum Diacono aſcendit ad Altare, dictoquè ab eo vltimo *Hoſanna in excelſis*, facta genuflexione, re-uertitur ad locum ſuum.

Cum celebrans eleuat hoſtiam[1] Subdia-conus genuflexit ſupra infimum gradum in medio poſt Celebrantem, ſi tenet Patenam ſi ſecus, ter incenſat in cornu Epiſtolæ, in-cenſo non benedicto, nimirum ad adoratio-nem, eleuationem, & depoſitionem hoſtiæ, vel calicis.

Antea finem orationis Dominicæ Diaco-nus reaccipit à Subdiacono patenam, qui facta genuflexione, aſcendit ad Altare ad ſiniſtram celebrantis, & cum eo dicit *Agnus Dei*, dextra percutiens ſibi pectus, ſiniſtra infrà pectus admota.

Subdiaconus, caput inclinando, accipit pacem à Diacono his verbis: *Pax tecum*, & ipſe reſpondet, *& cum ſpiritu tuo*; quam pacem deinde Subdiaconus dat illis, quos Diaconus incenſauit, & etiam Accolyto, ſi comitanti.

Poſtea debita reuerentia miniſtrat Cele-branti ampullas pro calicis purificatione.

nec

nec mora in cornu Euangelij velo tegit calicem, & ſolus per breuiorem viam portat ad credentiam.

Dictis à celebrante orationibus, ad benedictionem ſupra ſecundum gradum genuflectit, facitque ſibi Crucem à fronte ad pectus, vti mos eſt laicis.

Miniſtrat demum Subdiaconus librum, pro vltimo Euangelio; & cum dicit celebrans *Verbum caro*, genuflectit verſus librum.

Peracta Miſſa poſt debitam reuerentiam Altari factam, diſcedit cum celebrāte cooperto capite manibuſquè iunctis, niſi deferat calicem: in Sacriſtiam reuerſus ſe inclinat imagini, & deponit paramenta.

Subdiaconus, ſi abſoluta Miſſa, aliquando opus ſit ſociare Sacerdotem in proceſſionibus, deponere debet manipulum etiam in proceſſionibus Corporis Domini: in quibus multi, vti animaduerti, non ſeruant Rubricam.

Subdiaconus vtiturne ſemper Dalmatica in Miſsa ſolemni?

Subdiaconus, ſicut & Diaconus, nō vtitur Dalmatica in diebus ieiunij, in Dominicis, & ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ, in Vigilia Nat. Domini, & Pentecoſ ante Miſsā, Sabbato Sancto in benedictione cerei, & in Miſſa; in quatuor Temporib. Item in benedictione cinerum cereorum, & palmarum.

Excipiendæ ſunt Vigiliæ Sanctorum, & Dominicæ *Gaudete*, & *Lætare* *Vide* Arnaod. *l.1. tit.19. num.9.*

Obſer-

Obſeruandę ne ſunt ſupradictæ cæremoniæ etiam in Miſſa ſolemni pro Defunctis.

In Miſſa pro Defunctis Subdiaconus non porrigit ampullam aquæ benedicendam à celebrante.

In oblatorum incenſatione Subdiaconus miniſtrat à ſiniſtris celebrantis; & in ablutione manuum miniſtrat mappam ad tergendas manus.

Subdiaconus non tenet patenam ſed in eleuatione incenſat Sacramentum, ſtatimque ſurgens ſtat in medio.

Ad *Agnus Dei*, non ſe percutit pectus nec recipit, aut dat pacem.

Omittuntur à Subdiacono oſcula omnia.

Pro abſolutione facienda cum celebrante deponit manipulum.

Subdiaconus defert Crucem ſicut in proceſſionibus, ita vt imago Crucifixi terga vertat eidem Subdiacono, & Clero ſequenti.

Subdiaconus ſe ſiſtere debet contra Altare ad pedes tumuli. In Sacerdotum autem funere, præſente corpore, ſiſtit ex aduerſo.

Qui plura deſiderat, videat Gauantum.

DE RITIBVS

In priuata Canonicarum Horarum recitatione ſeruandis.

CAP. IV.

CVM in priuata canonicarum Horarum recitatione aliquando conuenienter ſtetur, aliquando genuflectendum ſit, aliquando etiam ſedere liceat, rogo in primis, quando ſtandum ſit?

Statur, ità vt conuenienter ſedere non liceat, ad orationem Dominicã, Salutationem Angelicam, ad Apoſtolorum Symbolum ad Inuitatorium, ad Te Deum laudamus, ad horarũ initia, ad Hymnos, ad quoſcunque Verſiculos poſt Hymnos, & ante Nocturnum, ad textum Euangelij ante Homilias, ad Capitula, ad tota Cantica *Magnificat, Benedictus; & Nunc dimittis.* Ad ſingulas orationes, (excepto triduo maioris hebdomadæ) Ad ſuffragia, & ad preces, quę precedunt orationes.

Quando autem genuflectendum, ità, vt conuenienter ſtare non deceat?

Genuflectendum eſt ad ea Inuitatorij verba, *Adoremus, & procidamus ante Deum*, ad prece feriales in Laudibus, Veſperis, & Ho-

& Horis, diebus, quibus Eccleſia præcepit ieiunium, ad preces in officio Defunctorũ, in Hymnis ad primos verſus, *Veni Creator Spiritus: Aue Maris Stella: O Crux aue ſpes: Tantum ergo Sacramentum: O ſalutaris hoſtia*: Ad *Te ergo quæſumus, &c.* in Hymno *Te Deum*. Item ad Antiph B. Virginis, quæ dicuntur in fine Laudum, Veſperis, Completorij ad orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Symbolum, quæ dicuntur in fine Completorij.

Quando demum priuatim recitantem Horas canonicas ſedere non dedecet?

Ad Pſalmos, Lectiones, Homilias, Reſponſoria, &c laudabiliter quidem ſtandum eſſet, ſed quia plurimi docti, & timorati Sacerdotes ſedent, ideò ad ſupradicta non incongruè ſedetur.

Quid de Tempore Paſchali?

Tempore Paſchali ſtandum eſt ad orationem Dominicam, Salutationem Angelicã, & Apoſtolorum Symbolum Item ad Antip. B. Virginis, quæ dicuntur in fine officij.

Idemne dicendum de Dominicis diebus infra annum?

Idem prorſus dicendum, & obſeruandum, ſicut tempore Paſchalis, idq; à primis veſperis. Nam dies Dominici [illegible] Dominicæ Reſurrectionis, teſte [illegible] *4. tr 7. cap. 1 num* 1. & 2.

In priuata Horarum recitatione qui non ſeruat Breuiarij Rubricas de ſtando, aut genuflectendo, cuius culpæ redditur reus?

Nulli, neque veniali culpæ cenſendus eſt

obno-

obnoxius,ſi contemptus,vel ſcandalum abſit. Quia Breuiarij Rubricæ nō obligant niſi qui in Choro recitant. Suarez *tom 2. de relig. lib 4. c. 27. n. 2.* Comitol. *lib. 4. qu. 64.* Bonac. *de horis can. d. 1. q. 3. p. 6.*

Optimum tamen eſt iuxta Chriſti conſilium in cubiculo,vel Oratorio orare, eumquè modum proportionaliter ſeruare, quē ſeruat Eccleſia in Choro iuxta Rubricas, modò ſtandò,modò genufleɛtendo,&c. Sicuti monent præter cit. Doɛt. Tol. *l 2. c. 13.* Nau. *de orat. c. 4. & 5.* Fill *tr. 23 c. 8 nu. 265.*

Quando caput inclinandum, ſed non genufleɛtendum?

Caput inclinandum eſt, quoties dicitur *Gloria Patri, &c.* quoties nominatur Sanɛtiſs. Nomen IESVS, MARIÆ, & Sanɛti, de quo fit officium; item ad verſus. *Sit nomen Domini benediɛtum*: *Sanɛtum, & terribile*: & cū *dicitur Confiteor*, vſque ad *Miſereatur* incluſiue, & ab eo, qui dicit, & cui dicitur, vt in Miſſa.

In recitatione officij Diuini quando ſignum Crucis adhiberi debet?

Solo police ſignatur os, quoties dicitur *Domine labia mea*, manu verò extenſa fit ſignum Crucis à fronte ad peɛtus, & ſiniſtro humero vſque ad dextrum, cū dicitur *Deus in adiutorium*: in principium Horarum: ad Primam verò, cū dicitur ter poſt orationem S Mariæ, nullum fit ſignum. Itē ad verſum *Deus in adiutorium, &c* ante Confeſſionem, ad Primam, & Completorium: ad *Indulgentiam* quoque, & ad *Dominus nos cuſtodiat*: & in

& in fine Primæ, & in fine Cõplet. ad *Benedicat, & cuſtodiat.* Laudabiliter etiã fit ſignũ Crucis ad Ant. *Per ſignum Crucis* in fer. offic.

In officio canonico perſoluendo, quot lectiones recitantur?

In feſtis primæ, & ſecũdæ claſſis cum ſuis octauis, in duplicibus, & ſemiduplicibus; item in Dominicis ſemper leguntur nouẽ lectiones; excepta Dominica Reſurrect. & Pentecoſt. cum ſuis oct. in quibus leguntur tantùm tres lectiones de Homilia.

Infra octauas Epiph. Paſchæ, & Pentecoſt. de ſimplicib. fit tantùm commemoratio omiſſis lectionib. Idemq; dicendũ infrà octauã Corporis Domini ex decr. Sac. Cõg. quod benè notat Calendariũ Eccleſiaſticũ Venetiarum, licèt alia Calendaria id non moneant, & aliqui reuocent in dubium.

In feſtis verò ſimplicibus, & ferijs per annum tres recitantur lectiones.

Vnde ſumuntur huiuſmodi lectiones?

In officio nouẽ lect. tres primæ ſumuntur de ſcriptura eo die occurrẽte in proprio de tempore, niſi aliæ in proprio Feſtorum, vel in Calendario notẽtur In 2. Noct. ſumũtur de proprio, ſi poſitæ ſint in Breuiario, ſi ſecus de cõmuni Feſtorum. In 3. Noct. leguntur tres lectiones de Hom. vel de proprio, ſi aſſignentur, vel de communi, iuxtà præſcriptum Calendarij.

In officio autem triũ lectionum, in Feſtis ſimplicibus, prima; vel etiam ſecũda lectio ſumitur de ſcriptura eo die occurrẽte tertia vel de proprio, ſi extet, vel de communi.

In

In officio autem trium lectionũ, in Feſtis ſimplicibus, prima, vel etiam ſecũda lectio ſumitur de ſcriptura eo die occurrente tertia vel de proprio, ſi extet, vel de communi.

In officio de feria leguntur tres lectiones in Breuiario, vel Calendario aſſignatæ.

In officio de feria, quæ oratio dicitur?

Quando fit officium de feria, ſemper dicitur oratio Dominicæ præcedentis, cùm propria non aſſignatur.

Hic obiter Sacerdotes, alioſq; Diuini officij recitandi obligatione adſtrictos, monendos cenſui? Ex indulto Leonis X. defectus omnes, & culpas ex humana fragilitate, in recitando, contractas, ſibi remitti, ſi poſt vnamquamque recitatione Diuini officij, deuotè dicant hanc orationem.

Sacroſanctæ, ac indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri IESV Chriſti humanitati, & Beatiſſimæ, ac Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ fœcunditati, ac integritati, ac omnium Sanctorum, Sanctarumquè vniuerſitati ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſquè remiſſio omnium peccatorum nunc, & ſemper, & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

℣. *Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium.*

℟. *Et beata vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominum. Pater noſter, &c. Aue Maria, &c.*

Ad hoc autem vt quis fruatur tali gratia videtur requiri, vt dictæ orationis recitatio Diuini officij recitationi moraliter coniũ-

gatur; vt ſcilicèt dicitur, antequam recitans ad alias actiones.

Circa cuius orationis recitationem notant Doctores, nominatim Bordon, *t. 1. reſol. 29. nu. 27.* per eam remitti tantùm defectus veniales in recitatione Diuini officij commiſsos, non verò culpas mortales, ad quarum remiſſionem non ſufficit voluntas Papæ, ſed per ſe requiritur Sacramentum pœnitentiæ vel in re, vel in voto (hoc eſt ſaltem contritionis actus cum voto Sacramenti) vt docent omnes Theologi.

Præterea opus eſt, vt is, cui facienda eſt remiſſio, non exiſtat in mortali Cùm non poſſint remitti venialia, manentibus mortalibus.

His addendum eſt, præfatam orationem remittere defectus veniales, quatenus eſt quoddam Sacramentale. Sacramentalia autem nón delent venialia ex opere operato, cùm nō ſint à Christo inſtituta, ſed ex opere operantis, excitando ſcilicèt recitantē ad actum contritionis, ſeu dilectionis Dei, quo mediante, delentur culpæ veniales, vt tenet communior Doctorum ſententia apud Bonac. de Sacram. *diſp. 5. q. 6. p. 3. nu. 6.* Vnde hæc oratiō remittit defectus veniales in recitatione Horarum commiſsos per modum cuiuſdam ſacramentalis, nōn autem indulgentiæ, quæ nunquam remittit culpam, ſed ſolùm culpæ iam remiſsæ pœnam.

DE

DE RITIBVS

Qui à Diacono, in exercendo proprio munere, debent ſeruari.

CAP. V.

R*Ecenſe caremonias, quas ſolemniter miniſtrans, ſeruare debet Diaconus?*

Diaconus, proprijs indutus paramentis, operto capite, demiſſis oculis, iunctiſquè manibus, præcedit celebrantem in Miſsa ſolemni; in minus ſolemni portat librum, eleuatum ante pectus.

Vbi peruenit ad Altare, ſe ſiſtit à dextris celebrantis, dereċtoquè capite, formando cum ceteris miniſtris quaſi lineam rectam, genufleċtit, ſi eſt in Altari Tabernaculum SS. Sacramenti, ſin minùs, profundè Cruci caput inclinat.

Mox aſcendit ad Altare depoſitoquè, & aperto in cornu Epiſtolę libro, deſcendit ad dextram celebrantis, in Miſsa verò ſolemni ſiſtit ſe à dextirs eiuſdem celebrantis.

In Pſalmi, & Confeſſione celebranti reſpondet: *ad tibi Pater, & te Pater*, inclinat verſus celebrantem; neque, ſe erigit, niſi poſt *Indulgentiam*.

Dum aſcendi ad Altare Sacerdos,albam, & veſtem eius anteriorem parùm eleuat Diaconus , cumquè ille oſculatur Altare , hic genuflectit.

Tunc Diaconus accipit à Thuriferario nauiculam , eamquè porrigens celebranti parùm inclinatus, dicit *Benedicite Pater Reuerende*, & oſculatur cochlear,& manũ celebrantis ante,& poſt,dimiſſaquè nauicula in manu Thuriferarij,ab eò recipit thuribulũ, moxq; dat celebranti,oſculata priùs catenularum ſummitate,& manu illius dextera.

Cum celebrans incenſat , aſſiſtit ei Diaconus ad dextram , eleuando eam planetæ partem , quæ eſt circa eius brachia , ne impediatur , alteram vero manum pectori admouet .

Finita Altaris incenſatione,Diaconus accipit thuribulum à celebrante , oſculando manum eius,deinde catenularum ſummitatem , eumdemquè incenſat triplici ductu , profunda capitis inclinatione ante,& poſt .

Dicto à ſolo celebrante intro tu , Diaconus dicit cum eodem nouies *Kyrie eleſion* in cornu Epiſtolæ.

Vbi celebrans intonuit Hymnum Angelicum,Diaconus : facta genuflexione in medio vnde diſcedit,accedit ad Altare, & cũ celebrante Hymnum proſequitur ſubmiſſa voce,totieſquè caput inclinat, quoties celebrans , & ſimul cum eo in fine ſe ſignat .

Si ſedendũ erit,facta à Diacono genuflexione vnde diſcedit, ſequitur celebrantem ad ſedem paratam , in qua ſedet cooperto capi-

capite, quod tamen toties aperit cum inclinatione, quoties aperit, & inclinat celebrans idquè obſeruat etiam in ſymbolo.

Hymno cātato, redit ad Altare cum celebrante, & cùm ab eo dicitur *Dominus vobiſcum, & Oratio*, Diaconus ſtat à tergo, formando lineam rectam; idquē obſeruatur etiam, cum dicitur *Prefatio, & Pater noſter*.

Dum legit celebrans Euangelium, Diaconus defert librum Euangeliorum, & collocat in medio Altaris lecto verò à celebrāte Euangelio, impoſitoque incenſo in thuribulum Diaconus genuflexus ante Altare dicit *Munda cor meum, &c.* accipienſquè librum de Altari genuflexus in ſuperiori gradu Altaris petit à celebrante benedictionem, & oſculata illius manu, vadit ad locū Euāgelij.

Cantari debet Euangelium contra Altare verſus populum, vbi Subdiacono, librum tenente Diaconus, iunctis manibus, dicit *Dominus vobiſcum*.

Cùm dicit *Sequentia*, &c ſignat pollice librū, frontem, os & pectus terq; eundē librū incenſat in medio, à dextris, & à ſiniſtris, & proſequitur Euangelium iunctis manibus.

Finito Euangelio, celebrans oſculatur librum à Subdiacono ſibi delatum, mox Diaconus in plano medio ter Sacerdotem incenſat ante, & poſt caput inclinando.

Cùm cantatur Symbolum, accedit ad Altare, proſequitur cum celebrāte & cum eo genuflectit ad *Incarnatus eſt*, &c. ſi celebrans eſt in Altari, ſi verò ſedet, caput inclinat cum eodem.

Diaconus deinde per viam breuiorē ita credentiam; & accepta burſa corporalium ambabus manibus, eam defert ad Altare cū ſolitis reuerentijs, in quo explicat corporale, ita, vt ora corporalis Altaris ora tangat, quo facto, reuertitur ad celebrantem.

Finito Symbolo, redit cum celebrante ad Altare, à quo dicto *Oremus*, Diaconus accedit ad Altare in cornu Epiſtolæ, caliceque detecto, dat patenam cùm hoſtia celebrāti, oſculādo patenā, deinde Sacerdotis manū.

Regula generalis. Quotieſcumque aliquid traditur celebranti, priùs oſculanda eſt res, quæ traditur, deinde manus celebrantis è conuerſo cùm aliquid accipitur ab eo, priùs oſculanda eius manus, deinde res.

Dum celebrans hoſtiam offert, Diaconus, manu ſiniſtra calicem tenens, accipit ampulam vini de manu Subdiaconi, & infudit vinum in calicem, illumquè dat celebranti, & pedem calicis tangens, ſeu brachium dextrum celebrantis ſuſtentans cum eo dicit *Offerimus*, *&c.*

Subdiacono deinde ſtanti in cornu epiſtolæ ponit Diaconus in dextra manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis.

Poſtea fit incenſatio, in qua Diaconus miniſtrat nauiculam, & porrigit thuribulum, vt initio Miſſæ.

Dum celebrans incenſat oblata, Diaconus tenet pedem calicis dextra manu, ne cadat. Cùm incenſatur Crux, amouet calicem, ſed non extra corporale.

Re-

Recepto thuribulo, ter Diaconus incenſat celebrantem, niſi adſit maior eo, qui ter incenſandus ſit. Deinde incenſat Chorum, Canonicos duplici ductu. Sacerdos vnico, poſtremò Subdiaconum, ipſe verò incenſatur à Thuriferario.

(*Circa Dominorum, & magiſtratuum locorum incenſationem, attendi, ſeruariquè debet conſuetudo.*)

Hiſce peractis, Diaconus accedit ad celebrantem, aſſiſtit libro, foliaquè vertit.

Cum dicitur *Præfatio*, Diaconus ſtat retrò poſt celebrantem, & paulò antequā dicatur *Sanctus*, accedit ad Altare, vbi ad dextram celebrantis dicit cum eo *Sanctus*, vſque ad vltimum *Hoſanna*; quo dicto, facta genuflexione, accedit ad ſiniſtram celebrantis (niſi alius Sacerdos aſſiſtat) ibiquè non tenet manus iunctas, ſed folia Miſſalis vertit, & indicat, quæ ſunt à celebrante dicenda.

Cùm celebrans dicit. *Quam oblationem*, &c. Diaconus accedit ad eius dextrā, & ibi in ſuperiori Altaris gradu genuflexus, cum Sacramētū eleuatur, fimbrias planetę eleuat ſequè erigens ad depoſitionē Hoſtiæ, calicē diſcooperit, & cooperit, & cū celebrāte genuflectit, depoſitoquè calice, redit ad librū.

Dum fiunt Cruces à celebrante, Diaconus retinet duobus digitis manus dextrę calicē; cum verò celebrās dicit *Per quē hæc omnia*, &c Diaconus, facta Sacramēto genuflexione, accedit ad dextra celebrātis, & cū opus eſt, diſcooperit calicem, & cum celebrante adorat, rurſuſquè cooperit, & genuflectit.

Ad *Orationem Dominicam* Diaconus vadit retro poſt celebrantem., facta priùs Sacramento genuflexione. & cum dicit *Et dimitte nobis debita*, *&c.* facta ibidem genuflexione,accedit ad dexteram celebrantis, moxquè ſe vertens diſcooperit patenam ſibi porrectam à Subdiacono, & purificatorio abſtergens dat celebranti, illius manum oſculando.

Ad *Agnus Dei*, *&c.* dextra percutit ſibi pectus,ſiniſtra infra pectus admota mox genuflexus à detris expectat pacem, & cum celebrans oſculatur Altare,ipſe aſsurgẽs illud ſimul oſculatur extra corporale;tum celebrans dicit *Pax tecum*, & Diaconus complexus ei re pondit, *Et cum ſpiritu tuo*. Deinde iterum genuflexus Sacramento in Altari, vertit ſe ad Subdiaconum retro poſt celebrantem, & ſimiliter dat ei pacem.

Poſt datam Subdiacono pacem, Diaconus vadit ad librum, & cum celebrans ſe communicat, ſtat profundè inclinatus verſus Altare.

Si parati Miniſtri, alijquè de Clero communionem ſumere debent,Diaconus de tabernaculo extrahit pixidem cum genuflexione ante,& poſt; deinde in cornu Epiſtolæ profundè inclinatus dicit alta voce *Confiteor*,manibus iunctis, dictoquè à celebrante *Miſereatur*, *&c. Indulgentiam*, *&c.* præmiſſiſque *Domine non ſum dignus*, *&c.* genuflexus ad linteum cum Subdiacono priùs communionem ſumit, dum verò alij communicant, ſi ſint de Clero,Diaconus in cor-

nu

nu Epiſtolæ purificationem miniſtrat,ſi ſint laici: accedit ad dextram celebrantis;facta communione, Diaconus cooperit pyxidem & reponit in locum ſuum cum debita genuflexione.

Defertur deinde liber à Diacono in cornu Epiſtolæ, mox vadit retro poſt celebrantem, dum dicit orationem, qua dicta claudit librum.

Poſt quam celebrans dicit *Dominus vobiſcũ*, Diaconus, facta genuflexione verſus Altare, vertens ſe ad Populum dicit *Ite Miſſa eſt*: quo dicto, reuertitur eodem modo, quo celebrans, & ſimul cum eo. Quando verò non dicitur *Ite Miſſa eſt*; ſed *Benedicamus Domino*: non vertit ſe ad populum, neque genuflectit.

Ad benedictionem, Diaconus genuflectit ſupra ſecundum gradum ad dextram celebrantis, impingitquè ſibi Crucem à fonte ad pectus, vti mos eſt laicis.

Data benedictione, ſe erigens,ſtat quaſi medius inter Celebrantem, & Subdiaconum.

Ad *Verbum caro*, *&c*. & alia Euangelica verba, genuflectit ſimul cum celebrante verſus librum,non Crucem, aut Sacramentum.

Peracta Miſſa, factaquè reuerentia Cruci, vel genuflexione Sacramento, diſcedit ante celebrantem,capite cooperto, iunctiſque manibus, niſi deferat librum. In Sacriſtiam ingreſſus ſe inclinat imagini,& deponit paramenta.

Diaconus, ſi, abſoluta Miſſa, aliquando ſibi opus ſit ſociare celebrantem in proceſſionibus deponere debet manipulum, etiam in proceſſionibus Corporis Domini, in quibus pauci ſeruant Rubricam.

Quando autem in officio ſolemni vtatur Diaconus dalmatica, & quando non, vide ſupra de Ritib. à Subdiacono ſeruanda c 3.

Seruare ne debet Diaconus easdem caremonias etiam in miſſa ſolemni pro Defunctis?

In Miſſa pro defunctis Diaconus omittit oſcula omnia, tàm manus celebrantis, quàm re, quæ traditur.

Ad oblationem Diaconus incenſat ſolum celebrantem, non alios.

Ad *Agnus Dei*, morem gerens celebrantis non ſibi percutit pectus.

Poſt orationem, dicto à celebrante *Dominus vobiſcum*, Diaconus ſtans retro poſt eundem celebrantem, non ſe vertens, dicit *Requieſcant in pace*.

Pro abſolutione facienda, Diaconus deponit cum celebrante manipulum.

Cùm deſcendit celebrans de Altari præcedit Diaconus, ſtatquè à ſiniſtris celebrantis ſe ſiſtentis inter Altare, & tumulum (niſi Sacerdotis ſit funus) eiquè miniſtrat nauiculam, aſperſorium, & thuribulum, deindè eumdem comitatur, circumeuntem tumulum eleuando partem anteriorem Pluuialis. Vide fuſiùs Diaconi ritus apud Gauant. & in Miſſalis rubricis.

DE RITIBVS,

Seu Rubricis generatim in celebratione Miſſæ ſeruandis.

CAP. VI.

CVm admodum turpe ſit, Sacerdotes ignorare ea, quæ, circa omnium Chriſtianarum actionum ſacratiſſimam, ſcitu ſunt neceſſaria. Nam huiuſmodi ignorantia culpa annumeratur. Idcircò requiro in primis. Quomodo Miſſa eſt celebranda?

1. Miſſa celebranda eſt cum A.B.C.D. addit Gauãtus & E. videlicèt Altè, Breuiter, Clarè, Deuotè, & Exactè, Altè, vt audiatur. Breuiter, vt vltra mediam horã non protrahatur. Clarè vt omnia verba integrè proferantur. Deuotè, vt ſacrificãs attendat ad ea quæ peragit, & dicit. Exactè, vt ſeruentur omnia in Rubricis præſcripta. In celebratione enim Miſſæ non eſt attendendum quid ab alijs fiat, ſed quid faciendum ſit.

2. *In celebranda Miſſa, ſufficitur, ſi Sacerdos dicat, & recitet mente, quæ ſecreto ſunt dicenda?*

Etſi nonnulli, vt Nau. *de horis can. c.* 29 *n.* 14. id reuocent in dubium, dicantquè ſibi, ſpeculatiuè loquendo, improbabile non vi-

deri. Contrarium tamen omninò eſt ſtatuẽdum, quod ſatis confirmant tum Rubricæ Miſſalis præceptiuæ: tum vſus,& praxis totius Eccleſiæ proferendi ore,non autem recitandi mente, quæ ſecretò ſunt dicenda.

3 *Sacerdos ita ſubmiſsè celebrat Miſſam, vt à circumſtantibus non audiatur, eſt ne idcirco alicuius culpa damnandus?*

Sacerdos, qui ea ſubmiſſa voce celebrat profectò reprehenditur à Nau. quem, citat & ſequitur Sà *V. Miſſan* 50. Quia contrafecit Rubricis,quæ præſcribunt,vt exceptis ſecretò dicendis, Miſſa intelligibili, claraquè voce dicatur Sed talem Sacerdotem à peccatu excuſari,rectiùs cenſet Bonac de Sacram *diſp.4 q.vlt.p.11 n.20.* Quia in iure, ſiue in præcepto audiendi Miſſam (audire) accipitur pro intereſſe.Proindèquè ſufficit, ſi fideles Miſſæ deuotè interſint, quamuis celebrantem non audiant.

4 *Quid, ſi celebrans etiam conſecrationis verba tam alte proferat, vt à circumſtantibus auditur?*

Si à Miniſtro Miſſæ dumtaxat auditur, omninò eſt excuſandus. Si ad ſex,vel octo paſſus, venialis grauis; ſi ad quadraginta paſſus audiri conſueuiſſet, lethalis culpæ damnatur à pluribus Doctoribus cum Gauanto *p.1.tit 16.nu* 1. Tum quia agit contra ritum communiſſimum in actione omnium grauiſſima. Tum quia præbet occaſionem ſcandali,& offenſionis Quod ſignaliter notari debet à celebrantibus.

5 *Miſſa non tantùm breuiter, ſed feſtinanter*

ter à Sacerdote peragitur, eſtne excuſandus?

Sacrificium Miſſæ, regulariter loquendo, ritè, & deuotè vix poteſt peragi breuiori ſpatio, quàm media hora. Propterea Sacerdos, qui ita feſtinanter celebrat, ac ſi vel eſſet à tergo, qui ſcutina vrgeret, vel prœmio certandum foret de Miſſa, vt ſolet dici, venatoria, intra horæ quadrantè abſoluenda, à culpa graui non videtur excuſari. Ita Molina *in instruct. Sacerd. tr. 2. c. 13. § 2.* Nec facilè quis mihi perſuadebit, ſe communiter cum debita deuotione, etſi multis imperfectionibus, intra horæ quadrantem, Sacrum abſoluere.

6 *Quid de illo, qui non deuotè, hoc eſt, ſine debita attentione, ſed animo diuagante peragit Sacrum?*

Extra canonē qui voluntariè diſtrahitur, non eſt immunis à veniali. Quia aliquam irreuerentiam admittit. In canone verò qui diù lubens, & volens mente diuagatur, profanas fouendo cogitationes, non vacat culpa mortali. Tum quia in canone continetur eſſentia ſacrificij. Tum quia euagatio eo temporis eſt cauſa errorum circa cæremonias reales, ac verbales, quarum obſeruationem ſeuerè vrgent Theologi. Vide Tambur. *de exped. ſacrif lib 3. c. 3 nu 6 & 8.*

7 *Qualis Miſsa dicenda eſt ſingulis diebus?*

Miſſa, & officium Diuinum cuiuslibet diei debent cōcordare, præſertim diebus feſtis, & Dominicis. Quandò verò nō eſt dies feſtus, nec exceptus, poſſunt dici Miſſæ votiuæ pro occurrente neceſſitate. Qua de re

fuſiùs

fuſiùs infrà *cap.7.* Vide Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.11. num.25.* Dian. *par.4. tr.4. reſol.39.*

8 *Poteſtne Sacerdos in loco, vbi celebratur feſtum, dicere Miſſam de feſto, officium autem iuxta præſcriptum Calendarij?*

Non facit contra Rubricam, id faciendo, & poteſt in illa Eccleſia dicere *Gloria*, & *Credo*, etſi non dicatur extra illam. Vide Claud. Arnaud. *3. p. tr.10. nu.20.*

9 *In feſto duplici eſtne liberum Sacerdoti celebrare Miſſam de Requiem?*

Olim Miſſæ de *Requiem* tolerari poterant in feſto duplici pro implenda teſtatorum voluntate: & ita cenſuiſse Sacram Congregationem *die 1. Septemb.* 1607. *&* 20. *Iunij* 1627. refert Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.11. num.26.*

Hodie verò Miſsæ de *Requiem* priuatæ in feſto duplici, etiamſi non ſit de præcepto, non poſsunt dici, neque pro implenda teſtatorum voluntate, vt patet ex ſequenti decreto, nouiſſimè à Sacra Congregatione iuſsu Alex. VII. *Die 5. Auguſti* 1662. edito, eius, qui ſequitur tenoris.

Cùm Sanctiſſimus Dominus noſter in viſitatione Eccleſiarum Vrbis, acceperit in pleriſque Eccleſijs abuſum irrepſiſſe celebrandi Miſſas priuatas pro Defunctis etiam in feſtis duplicibus contra præſcriptum Rubricarum Miſſalis Romani; eumdemquè abuſum decreto Congregationis climinari præceperit. Innotuerit verò Sacrorum Rituum Congreg. huiuſmodi abuſum in alijs Eccleſijs vbiq; gentium

exiſtentibus inductum pariter irrepſiſſe. Sacra eadem Congregatio, vt Miſſalis Rubricæ inuiolatè ſeruentur, diſtrictè præcipit omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, tam ſecularibus quàm Regularibus cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, vt in poſterum omninò dictam Rubricam ſeruent, ita vt Miſſas priuatas pro defunctis ſeu de Requiem *in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præſumant. Quod ſi ex benefactorum præſcripto Miſſæ huiuſmodi celebrandæ incidant in Feſtum duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus ſuffragia expectantibus detrimento ſit, ſed dicantur de Feſto currenti cum applicatione ſacrificij, iuxta mentem eorumdem benefactorum. Curentquè Eccleſiarum Rectores, Sacriſta, aliijque ad quos pertinet huiuſmodi decretum inuiolabiliter ſeruetur & in ſacriſtia affixum retineatur s. vbi commodè ab omnibus celebrare volentibus conſpici, & legi poſſit. In eos autem, qui contrafacere auſi fuerint, vel præmiſſa adimplere neglexerint, locorum Ordinarij tum ſeculares, tum regulares, pro modo culpæ animaduertant.*

Die 5. Auguſt. 1662.

Io. Epiſc Sabinen. Card. Sacchetus.

Quod decretum vt firmiùs permaneret, faciliuſquè in obſeruationem deduceretur, Sanctiſs D.N. Clem. IX. alio decreto emanato *die 23. Septemb.* 1669. declarauit, vt Miſsæ, quæ de Feſto duplici currente celebrantur in Altari priuilegiato, animabus in

Pur-

Purgatorio exiſtentibus ita proſint, & ſuffragentur, ac ſi Miſſæ illę de *Requiem*, vel Defunctorum iuxta formam priuilegiorum celebratæ fuiſſent. Cuius declarationis Sacerdotes tam regulares, quàm ſeculares memores eſſe debent.

10 *Si inſepultum, & in Eccleſia præſens ſit corpus, poſſuntne in Feſtis duplicibus dici Miſſa de* Requiem, *non obſtante prædicto decreto?*

Tali caſu etiam in Feſtis de præcepto, & Dominicis diebus poſſunt dici Miſſæ de *Requiem*; vbi eſt conſuetudo ſepeliendi defunctos ſimul cum Miſſa. Ita declaraſſe Sacram Rituum Congregationem die 23. *Maij* 1603. refert Barboſ. *loc. cit. num.* 25.

11 Vſus tamen, & conſuetudo pluribus in locis, & potiſſimùm hic Venetijs recepta, interpretatur mentem Sacrę Congregationis eſſe, vt eo caſu Miſſa tantùm ſolemnis cantetur de *Requiem*; reliquæ dicantur de Feſto currenti, ſine oratione funebri. Si quidem in Miſſis ſpectatur principalis fructus ex opere operato, qui idem eſt ſingulis.

DE

DE MISSIS VOTIVIS

CAP. VII.

Quibus diebus permittuntur Miſſę votiuæ?

MIſsæ votiuæ nuncupantur, quæ pro voluntate, & deſiderio dicuntur. Voluntas tamen debet eſſe prudens,& non irrationabilis,puta, vt Sacerdos breuiorem celebret Miſſam, Gauant. *de Miſſis votiuis part. 1. tit.* 4.

Miſſæ itaquè votiuæ priuatè non poſſunt dici,quando officium eſt duplex,nec in Dominicis, ex noua rubrica in recognitione Miſſalis (quod intelligendum eſt de die Dominico,non de officio Dominicæ)nec infra octauas Epiph Paſchæ, Pentecoſt nec in maiori hebdomada, nec feria 4 Cinerum. Nec in Vigilia Natiu. Domini, & Pentec. Ita declarauit Sac. Rituum Congreg. 28. Auguſti 1627.

Prædictis octauis, in quibus non poſſunt celebrari Miſſæ votiuæ, Sanctiſ. D.N. Clemens X. nouiſſimo ſuo decreto Romæ edito *die 13. Septemb.* 1670. addidit octauam Corporis Chriſti;& ſic infra illam octauam prohibitæ manent Miſſæ votiuæ quæcumque.

Hiſce diebus, & octauis exceptis Miſſæ votiuæ poſſunt dici pro occurrẽte neceſſita-

te,

te,vel celebrantis voluntate.Gauant. *loc.c.* & Barboſ. *cit. cap.* 11. *num.* 25.

Obiectio. *Sacerdos tenetur recitare officium, quod pro vno quoque die in Kalendario præſcribitur. Ergo etiam celebrare Miſſam,quæ pro vno quoque die in eodem Kalendario notatur. Ergo non poteſt pro ſua voluntate Miſſas votiuas dicere, vel de* Requiem?

℞. Non eſt par ratio. Quia Sacerdos ex vi ſacræ ordinationis obligatur quotidie ad recitationem Diuini officij, illudque recitare tenetur, prout vno quoque die in proprio Kalendario præſcribitur. Ad celebrandam verò Miſam quotidie non obligatur ſacerdos ex vi ſuæ ordinationis,ſed ter,vel quater dumtaxat in ſolemnioribus,vt ſupra dictum eſt de Presby. ordine. Ideòque poteſt dicere Miſſas votiuas, vel de *Requiem*, quoties hæ non ſunt prohibitæ à Sacra Rituum Congregatione.

In Miſſis votiuis non dicitur Hymnus Angelicus, nec Credo,neque legitur Euangelium Feriæ neque currentis Feſti in fine Miſſæ; etiamſi ſit tempus Paſchale, aut infra octauas,vel celebrentur in Eccleſia propria.

Excipiendæ ſunt Miſſæ B. Virginis in quocunque Sabbato, etiamſi in eo non ſit factum officium de ea.

Miſſæ de Spiritu Sancto,de B.Virgine,& pro Defunctis, quæ imponuntur Presbyteris,poſt celebrationem primæ eorum Miſſæ celebrandæ, ſequuntur leges Miſſarũ votiuarum.Ideoque non poſſunt dici ijs diebus, quibus

quibus prohibentur Miſsa votiuæ: in eiſdemque debet omitti *Gloria*, & *Credo*; & pro defunctis dicitur Miſsæ quotidiana cum tribus orationibus.

Infra octauam B. Virginis non conuenit dicere Miſſam votiuam de eadem ſed ſi ſit officium de octaua B. Virginis, dicitur Miſſa feſti, conueniens officio cum *Gloria*, *& Credo*; ſi verò ſit officium de Sancto, dicitur Miſsa de octaua B. Virginis, ſub ritu votiuo, hoc eſt, ſine *Gloria*, *& Credo*. Idem obſeruandum eſt etiam infra octauas Sanctorum

Cùm à laicis petitur Miſsa votiua de Aſſumptione B. V vel de natiuitate eiuſdem, & eiuſmodi, dici poteſt Miſsa de B. V. ex quinque votiuis pro diuerſitate temporum accomodatis, ad honorem Aſſumptionis, vel Natiuitatis, ſicuti monet Gauantus *to.* 1. *p.* 4. *tit.* 17. *n.* 8. Alioquin valdè dedeceret audire. *Gaudeamus, &c. diem feſtum celebrantes*, vel mutare diem feſtum in commemorationem Neque enim ex indiſcreta laicorum deuotione violandæ ſunt Rubricæ.

DE

DE RITIBVS,

A Sacerdote tota actione Miſſæ ſeruandis.

CAP. VIII.

Complectere cęremonias à Sacerdote, in peragendo Sacro, ſeruandas?

Cæremonia eſt vox græca, & ſignificat ritum, modum, ſeu circumſtantiam ſacrificij, Sacerdos igitur celebraturus, ſi confeſſione indiget, confiteri debet, antequam veſtiat indumenta Sacerdotalia, quæ ſi enormiter ſint immunda, peccat mortaliter, cum eis celebrando.

Paramenta non debent poni in Altari, in quo celebranda eſt Miſſa; niſi pro ſolis Epiſcopis, & Cardinalibus: in caſu verò neceſſitatis ponenda ſunt non in medio Altaris, ſed in cornu Euangelij.

Sacerdos, accipiens Miſſale, prælegere debet Miſſam, vt opportunæ vel neceſsariæ mutationi, vel rectæ celebrationi prouideat; poſtea lauare manus, & deinde calicem præparare.

In amictu, manipulo & ſtola Cruces adeſse debent quas oſculatus dum eas Sacerdos accipit, in honorem ſanctæ Crucis.

Impoſitio amictus capiti fieri debet ſolũ cum oſculo, omiſso ſigno Crucis, quam aliqui ſibi faciũt manu, & amictu ſimul, quod

eſt

eſt contra Rubricam teſtè Gauant.*p*.2.*tit*.1.

Ligari debet manipulus infra cubitum, non ſupra. Stola item imponitur collo non longè à collo. Quia repræſentat funem collo Chriſti impoſitum quo ad ſacrificium Crucis ductus fuit.

Tranſuerſando ſtolam ante pectus, Sacerdos ducit partem pendentem à ſiniſtro humero ad dextram: partem verò pendentem à dextro ad ſiniſtram: ſtolæ autem brachia ad minùs debent extendi vſque ad genua.

Sacerdos, paramentis ſacerdotalibus indutus, accipit manu ſiniſtra Calicem, neceſſarijs inſtructum, quem defert eleuatum ante pectus, burſam manu dextera tenens ſuper Calicem, facitquè reuerentiam Cruci, vel imagini, capite cooperto; ſed profundè inclinato.

Si celebraturum tranſire contingat ante Altare maius, reuerentiam facit, ſi ante Altare SS. Sacramenti genuflectit, ſed caput non aperit: ſi Sacramentum pateat, genuflectit, detecto capite, facta verò genuflexione, caput tegit ſi ante Altare, vbi miniſtratur, ſeu expoſitum eſt Sacramentum, vel poſt conſecrationem genuflectit vnico genu, detecto capite, ſed in eleuatione Hoſtiæ vſque ad Calicis depoſitionem duobus genibus fit adoratio.

Quando verò tranſit ante Altare, in quo ſolemniter expoſita eſt inſignis reliquia alicuius Sancti, de quo fit feſtum ibidem, profundè illi caput inclinat, ſi ſecus habetur ratio Altaris tantùm.

In

Inſignis Reliquia eſt caput, brachium, crus, vel pars, in qua paſsus eſt Martyr, modo ſit approbata, integra, & non parua.

Cùm peruenit ad Altare, ſtans in plano Capellæ, detecto capite, Altari profunde inclinat, ſi verò ſit in eo tabernaculum SS. Sacramenti, genuflectit.

Tecto capite celebrare non licet, ſine legitima cauſa, & diſpenſatione.

Depoſito Calice ſuper Altari, extractum è burſa, explicat corporale, ità, vt ora corporalis Altaris ora tangat.

Velum ità aptandum tam initio, quàm in fine Miſsæ, vt lateat tota pars anterior Calicis.

Apertio Miſsalis ad Sacerdotem ſpectat in Miſsa priuata.

Inchoaturus Miſsam Sacerdos antequam deſcendat ab Altari, priùs Cruci reuerenter caput inclinat, tum vertens ſe à cornu Epiſtolæ, iunctis manibus, ad infimum gradum deſcendit.

Celebrans non debet quemquam aduertere in alio Altari celebrantem, nec quando eleuat Sacramentum.

Præmiſsa Cruci reuerentia, vel genuflexione, ſi adſit tabernaculum SS. Sacramenti, ſe ipſum ſignat Sacerdos, ponendo ſiniſtrâ infra pectus extra terminum Crucis; in alijs benedictionibus, ſiniſtram ponit ſuper Altare, quod etiam obſeruat, cùm aliquid facit vna manu.

Facta cruce, ſtans erectus, iunctis manibus, pronunciat Pſalmum *Introibo ad Altare, &c.*

re, &c in cuius fine cum dicit *Gloria Patri*, Cruci caput inclinat.

In Miſſis defunctorum, & à Dominica paſſionis vſque ad feriam 5. Cœnæ Domini eiuſmodi Pſalmus non dicitur.

Ad verba *Adiutorium noſtrum, &c.* facit ſibi Crucem à fronte ad pectus, deinde profundè inclinatus dicit confeſſionem percutiendo ter pectus dextera manu, ſiniſtra infra pectus poſita.

Dicto *Confiteor* à miniſtro, erectus dicit *Miſereatur*, & *Indulgentiam* cum ſigno Crucis; deinde inclinatus proſequitur *Deus tu conuerſus, &c.* In fine extendens, & iungens manus, dicit *Oremus*, & dũ aſcendit ad medium Altaris, dicit *Aufer à nobis, &c.* ibiquè inclinatus iunctis manibus, ſummiſq; digitis tantùm ſuper Altare poſitis, ſecretò dicit *Oramus te Domine, &c.* ad verba *Quorum reliquia, &c.* oſculatur Altare in medio, nò à latere, hinc inde æqualiter poſitis manibus.

Oſculato Altare, accedit ad librum in cornu Epiſtolæ, & incipit introitum, impingens ſibi ſignum Crucis è fronte ad pectus.

Cum dicit *Gloria Patri*, iunctis manibus, Cruci caput inclinat, & repetit introitum, omiſso Crucis ſigno.

Repetito introitu, accedit iunctis manibus, ad medium Altaris, vbi ſtans dicit ter *Kyrie eleiſon*, ter *Chriſte eleiſon*, & tandem ter *Kyrie eleiſon* alternatim cum Miniſtro.

Dicto vltimo *Kyrie eleiſon*, extendens, eleuanſquè vſque ad humeros manus, dicit (ſi dicendus eſt) Hymnus Angelicus.

In

In die Sabbati, ſi dicatur Miſsæ B. Mariæ, vel in die obitus alicuius Sancti, de quo habetur Altare, vel dicitur Miſsa, quaſi in eius feſto, licèt de B Virgine, vel de Sancto non ſit factum officium. Item ſi ob grauem & publicam cauſam, dicatur Miſsa votiua, modo non adhibeantur paramenta violacea, ſemper dicitur *Gloria*.

In Hymno Angelico, cùm dicit *Deo* iungens manus Cruci caput inclinat, & proſequitur. Ad verba *Adoramus te, Gratias agimus, Ieſu Chriſte, Suſcipe deprecationem*, & iterum *Ieſu Chriſte*, Cruci caput inclinat, in fine cum dicit *cum Sancto Spiritu* ſe ſignat & in verbo *Amen* iungit manus.

Dicto Hymno Angelico, celebrans oſculatur Altare, mox iunctis manibus ſe vertens à cornu Epiſtolæ ad populum, demiſſis ad terram oculis extendenſquè, ac iungens manus ante pectus, dicit *Dominus vobiſcum*; quo dicto redit per eumdẽ viam ad librum, vbi rurſus extendẽs, iungenſq; manus, Cruci caput inclinat, & dicit *Oremus*.

Deinde manus extendens ante pectus, ita, vt palma vnius manus reſpiciat ad alteram. digitis omnibus ſimul iunctis, quorum ſumnitat humerorum altitudinem, diſtantiamquẽ non excedat, orationem dicit, in cuius fine iungit manus. tenetquè iunctas vſque ad finem.

In Feſtis duplicibus dicitur vna tantùm Oratio, in ſemiduplicibus tres dicũtur Orationes, niſi in vtroque caſu facienda ſit aliqua cõmemoratio, quæ facta fuit in officio:

in

in ſimplicibus verò, & ferijs per annũ, dicũtur tres, aut quinq; aut ſemptem, aut plures ad libitũ, dũmodo impares Priùs tamen dicẽdæ sũt, quæ aſſignatur pro 2. vel 3. deinde quę magis placent cũ debito ordine, & nu.

In Miſsa de Sancto, qui titulus eſt Altaris; de quo non recitatur officium, in Feſto illius dicuntur tres orationes 1. de Sancto. 2. de quo factum eſt officium. 3. quæ alias ſecundo loco dicenda erat.

Si vna oratio eadem eſt cum alia ibidem dicenda, illa commutetur cum alia de communi, altera. hoc eſt, prima manente. *Vide Arnaud p. 1 tit. 9.*

(In Miſsa omnis oratio, quæ etiam collecta dicitur, dirigitur ad Patrem, vel Filium nulla ad Spiritum Sanctum, quia Spiritus Sanctus eſt donum, & à dono non petitur donum. Duran. *lib* 4. *cap.* 15.)

Finitis orationibus, ponens manus ſuper librum Sacerdos, vel tenens eumdem manibus, legit Epiſtolam, & poſtea graduale, Alleluia, & tractus, prout in miſsali notatur

Delato Miſsali ad cornu Euangelij, celebrans ſtans in medio Altaris, iunctis manibus, eleuatis ad Deum, ſtatimquè demiſſis oculis, ſecreto dicit *Munda cor meum, & Iube Domne bedicere, &c.*

Deinde vadit ad librum vbi ſtans verſus ad illum, iunctis manibus ante pectus, dicit *Dominus vobiſcum*, poſt ea pollice ſignas initium Euangelij, ſe ipſum in fronte, & ore & pectore, dicens *Sequentia*, & proſequitur Euangelium, iunctis manibus.

Cùm nominatur *Ieſu*, *Maria*, *&c.* aliquantulum inclinat caput ad librum, vel etiam genuflectit, vbi notatur in Miſsali.

Dicto Euangelio, eleuat parum per librũ, oſculaturquè principiũ Euangelij, dicẽs *per Euangelica dicta*, *&c.* Poſtea in medio Altaris eleuans & iungens manus verſus Crucẽ, dicit *Credo*, cum dicendum eſt; ad verba *In vnum Deum* iungit manus, & proſequitur: cũ dicit *Ieſum Chriſtum*, Cruci caput inclinat; ad *Incarnatus eſt*. vſq; ad *Homo factus eſt* genuflectit vnico genu in Miſſis priuatis ad *Simul adoratur*, caput inclinat vt ſupra ad *vtrã vẽturi &c.* ſe ſignat à fronte ad pectus.

Symbolum præter propria loca, in quibus notatur, dicitur in loco, in quo celebratur feſtum inſignis Reliquiæ, ibi repoſitæ, quæ autem ſit inſignis Reliquia, vide ſupra.

Solus concurſus populi, ad Eccleſiam non facit, vt legitimè dicatur *Credo*.

Dicto Symbolo, vel ſi non dicitur, oſculato Altari in medio, dicit *Dominus vobiſcum*, more ſolito, & reuerſus per eadem viam ad Altare, dicit *Oremus*, & offertorium, iunctis manibus

Diſcooperit deinde Calicem, eumq; ſiſtit ad cornu Epiſtolæ amotaquè palla, tegente hoſtiam, accipit patenam cum hoſtia & vtraque manu eam tenens eleuatam ante pectus oculis ad Deũ eleuatis, & ſtatim demiſſis, dicit *Suſcipe Sancte Pater*, *&c.*

Poſtea in cornu Epiſtolæ acceptum calicem purificatorio extergit, ſiniſtraquè tenens illius nodum, accipit à miniſtro am-

pullam

pullam vini , & infundit vinum in Calicem in parua quantitate . Nam excellentia noſtrorum Sacramentorum cognoſcitur ex paucitate materiæ .

Dicit interea *Deus , qui humanę ſubſtantia, &c.* factoquè ſuper ampullam aquæ ſigno Crucis, parùm aquæ in Calicem infundit , proſequendo *Da nobis per huius aquę , & vini myſterium , &c,*

Abſoluta Oratione, accipit Calicem manu dextra , & ſtans ante medium Altaris , vtraque manu tenens illum eleuatum, videlicet ſiniſtra pedem,dextra nodum,intentis ad Deũ oculis , offert dicens *Offerimus. &c.*

Oblatione facta , format ſignum Crucis cum Calice ſuper corporale , illumquè in medio poſt Hoſtiam ponit, pallaquè tegit; mox iunctis manibus , ſuper oram Altaris poſitis,parùm inclinatus, dicit ſecretò , *In ſpiritu humilitatis , &c.*

Finita oratione,ſe erigit,eleuanſquè oculos & manus extenſas iungens ante pectus (quod ſeruandum eſt in cæteris benedictionibus) dicit *Veni Sanctificator, &c* & cum dicit *Benedic*, vnicum ſignum Crucis facit ſuper Hoſtiam , & Calicem .

Ad formandas Cruces manu dextera formantur düæ lineæ hoc modo ✠ non autem quatuor puncta ✠ quæ lineæ non debent excedere menſuram palmæ communis manus· tranſuerſa autem pars Crucis fit manu quoque tranuerſa non recta,qua ad abigendas à Calice muſcas vtimur .

Tum iunctis manibus , vadit ad comu

Epiſtolæ, vbi ſtans lauat, mox tergit extremitatem digitorum pollicis, & iudicis, dicens Pſalm. *Lauabo inter innocentes*, in fine cum dicit *Gloria*, caput inclinat.

Stans deinde in medio Altaris, eleuatis ad Deũ, ſtatimquè demiſſis oculis ſuper Altare parùm inclinatus, iunctiſquè manibus, dicit orationem *Suſcipe Sancta Trinitas*, ſecretò.

Hac dicta, oſculatur modo ſolito Altare in medio; tùm iunctis manibus ante pectus, defixiſquè ad terram oculis, à cornu Epiſtolæ vertit ſe ad populum, & dicto *Orate fratres*, ſecreto proſequens cetera verba, perficit circulum, reuertens eodem modo ad medium Altaris.

Miniſter interea dicit *Suſcipiat*, *&c.* quo finito, Celebrans ſubmiſsa voce dicit *Amen*; tùm extenſis manibus ante pectus, ſtans in medio Altaris, conuerſus ad librum, propè corporale aptatum, dicit ſine *Oremus* orationem ſecretam.

Cùm plures dicuntur Orationes, prima & vltima terminatur integra vſque ad *Per omnia ſecula*, *&c.*

Vbi peruenit Celebrans ad verba *Per omnia ſecula*, *&c* ſtans in medio Altaris, diſpoſitis ſuper eo, extenſiſquè hinc inde manibus, dicit *Præfationem*: ad verba *Surſum corda*, eleuat manus, cum dicit *Gratias agimus*, eaſdem iungit, ad illa *Deo noſtro*, eleuat oculos, & Cruci caput inclinat.

Extenſis deinde manibus ante pectus, ità, vt palma vnius manus reſpiciat alteram, proſequitur Præfationem: cum dicit *Sanctus*,

ctus, iungit manus ante pectus,& inclinatus proſequitur. Ad *Benedictus* ſe erigit, & ſignat à fronte ad pectus.

Si quando infra octauas,quæ habent præfationes proprias, dicenda eſt Miſsa de feria,v g. quatuor Temporum,vel Vigillæ,dicitur præfatio communis. Sed excipe Miſsas Litaniarum maiorum,& minorum. *Vide Arnaud. tr. 1. tit. 12. num 2.*

Si dicatur Miſsa votiua infrà octauam Natiuitatis Domini præfatio ſemper dicitur de Natiuitate.

Si infra octauam Aſcenſionis dicatur Miſsa votiua, præfatio erit de Miſsa votiua, ſi propriam habeat, communicantes verò de Aſcenſione. *Vide Arnaud loc. cit. num. 6.*

Particulares ritus ſeruandos à principio canonis vſq; ad cõmunionem conſulto hic omitto,eò quòd obuijſint celebranti in canone Miſsę,quem ob oculos ſemper habet.

In canone tamen hæc pauca adnotare nedignetur Sacerdos.

Ne alta voce dicat *Memento Domine famulorum, &c. & omnium circumſtantium, &c.* & verba conſecrationis.

Statim ac pronunciat *Te, igitur, &c.* facit geſtum,eleuando manus, non prius.

In canone ad nomen *Papæ* caput inclinat.

In primo Memento pro commemoratione viuorum aliquantulum caput demittit,nõ tamẽ eleuat oculos verſus Crucẽ,nec claudit,niſi ad maiorem animi compoſitionem.

In Meméto ſatis eſt nominare eos,pro quibus orare intẽdit,interna animi cogitatione.

In Applicatione ſacrificij celebrans intendat prodeſſe omni meliori modo ijs de quibus Eccleſia expreſsè meminit in canone.

Meminiſſe debet etiā celebrans, ſe participare de valore Miſsæ, & quidē in maiori quantitate, quàm illū, qui celebrare eumdē iubet, ideoq; ſibi prouidere non negligat.

Intendat prætereà ſuffragari maiori fructu, quo poteſt, & debet ijs, quibus quocunque titulo tenetur Si verò ij non egeant, aut incapaces ſint ſacrificij fructus, ſubſtituat alios actuali, vel ſaltem virtuali intentione Vide in Directorio *cap. 33. qu.* 200.

Memento eſt oratio priuata, in eoquè orare poteſt celebrans etiam pro infidelibus, & excommunicatis ad eorum ſalutem impetrandam.

Cùm dicit *Hanc igitur, &c.* Sacerdos expandit manus ſuper vtraq; oblata, hoc eſt, ſuper Calicem, & Hoſtiam æqualiter, pollice dextro ſuper ſiniſtro in modum crucis poſito; non autem deſuptus, an deſuper, neuter modus videtur reprobandus.

Verba conſecrationis pro ferre debet ſtans, inclinato quidem capite, ſed retentis æqualiter pedibus in ſuppedaneo Altaris.

Celebrans genuflexus vnico genu adorat Hoſtiam, manibus Hoſtiam tenentibus, ſuper Altare retentis, ità vt commodè genuflectere poſſit vſque ad terram.

Adoratione facta, ſtatim eleuat, & ſtatim reponit. Hoſtiam, nec diù eleuatam tenēre debet

In eleuatione Hoſtiæ digitos extenſos

iun-

iungit, & item imas manuum partes, quas non diuidit, niſi cum deponit Hoſtiam.

Digitos autem, hoc eſt, pollicem, & indicem vtriuſque manus nunquam diſiungit, niſi poſt eorumdem ablutionem.

In conſecratione calicis dextra caput eiuſdem nodum, dum autem benedicit calicem, non deſerit, ſed tenet manu ſiniſtra.

Ante eleuationem calicis incipit & dicit *Hæc quotieſcunque feceritis, &c.*

In eleuatione autem tenet ſiniſtra calicis pedem dextra nodum.

In Memento defunctorum, demiſſo capite, atq; oculis, pauſat poſt verba *Somno pacis*.

Ad verba *Per eundem Chriſtum Dominum, &c.* ante illa, *Nobis quoque peccatoribus*, fit capitis inclinatio.

Cùm celebrans pectus ſibi percutit, id facit tribus digitis inferioribus, & ſummis, ne pollex, & index planetam tangant.

Duæ Cruces, quæ fiunt inter calicem, & pectus cum Hoſtia conſecrata, fiunt in eadem proportione, & altitudine, ſicut cruces, quæ fiunt à labio ad labium calicis.

Frangere Hoſtiam incipit celebrans à ſuperiore parte; ſed particulam præcidere debet ex imò partis Hoſtiæ.

Si Hoſtia dilabatur in Calicem, quid faciendum celebranti?

Vel Hoſtia tota madefacta eſt Sanguine, vel pars tantùm, ſi primum, omittēda ſunt ſigna, ſed omnia ſunt dicenda, & ſumendæ vtræque ſpecies, ſignando ſe cum calice, & dicendo *Corpus, & Sanguis Domini no-*

ſtri, &c. ſi verò pars tantùm ſit madefacta, ſigna conſueta fieri debent cum parte non madefacta *Vide Clau. Arnau.p.3.tit.20.n.12.* Duo Sacerdos ſe ipſum ſignat Hoſtia conſecrata, Hoſtiam tantùm, non patenam mouere debet, intra tamen limites patenæ, ne fragmenta cadant extra illam.

Dextra manu Calicem mouet, ſiniſtra patenam tenens, quam non ſupponit Calici, niſi cùm ſumit.

Vinum in purificationem infuſum circumagere debet intra Calicem Sacerdos, vt eluantur ſpecies.

Ante purificationem non demittit Calicem extra Altare; neque labia Calicis, ſeu oris ſuis digitis detergit.

Ablutio ſumenda eſt per eamdem partem Calicis, per quam Chriſti ſanguis hauſtus eſt, in qua ſumenda, bis tantùm Calix admouendus eſt ori, ſemel in Calicis, & ſemel in digitorum ablutione, in quorum purificatione vino & aqua vti debet; ſola verò aqua purificari manus, reprobat *Arnaud. p. 2. tit. 10. num.* 10.

Vtraque ablutio ſumenda eſt à celebrante in medio Altaris; cautèque detergere debet digitos, ne qua gutta corporale commaculet.

In Miſſa priuata ſi facienda eſt paucorum communio, poſt ſumptum ſanguinem fiat: tum dicto, *Miſereatur veſtri, &c.* etiamſi vnus tantùm ſit communicaturus, tenet Sacerdos particulam duobus digitis, parùm eleuatam ſupra patenam, ſeu pyxidem, manu.

nu tamẽ adhærente patenæ, ſeu pyxidi, clara voce dicit ter *Domine non ſum dignus, &c.* ſemper in maſculino. Vide infra *c.* 13. *n.* 18.

Dum plicat corporale, ponit Calicem verſus cornu Epiſtolæ deinde illum collocat in medio Altaris, velò ità tectum, vt tota pars anterior lateat.

Corporale ponendum eſt intra burſam non extra, tum quia ità ordinat rubrica, tum ob periculum, ne decidat in terram.

Sacerdos deinde legit Antiph. quæ dicitur *Communio*, iunctis manibus, qua lecta iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium Altaris, eòquè oſculato, vertit ſe ad populum, dicens *Dominus vobiſcum*, modo ſolito, & per eadem viam rediens ad librum, dicit Orationem, ſeu Orationes eodem modo, & ordine, vt ſupra.

Finitis orationibus, claudit librum; ità vt pars clauſa Calicem reſpiciat, vaditquè ad medium Altaris, eoquè oſculato, dicit *Dominus vobiſcum*, verſus populum, iungenſquè manus dicit *Ite Miſſa eſt*; ſi verò non eſt dicendum, reuertitur ad medium Altaris, vbi ſtans, iunctis manibus ante pectus, dicit *Benedicamus Domino*. In Miſſa Defunctorum dicit *Requieſcant in pace*.

Dicto *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus*, *&c.* celebrans ſtans ante medium Altaris iunctis manibus ſuper eo poſitis, capitèquè inclinato, dicit ſecretò *Placeat*, *&c.*

Hoc dicto oſculatur Altare in medio hinc inde extenſis, diſpoſitiſquè manibus deinde ſe erigens, eleuans ad Celum oculos, ac ma-

nus, eaſdemquè extendens, ac iungens cruci capite inclinato, dicit *Benedicat vos, &c.* mox vertens ſe ad populum à ſiniſtro latere, iunctis manibus; demiſſis ad terram oculis, extenſa manu dextra, iunctiſq; digitis, ſiniſtra infra pectus poſita, benedicit populum dicens *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus;* & circulum perficiens, accedit ad cornu Euangelij, ibiquè iunctis manibus, dicit Euangelium S. Ioannis, vel aliud præſcriptum.

Si nec libro, nec folio vtatur Sacerdos, ſignat Altare, ſi vtatur, ſignat in eo initium Euangelij, deinde ſibi frontem, os, & pectus; in fine non oſculatur Euangelium, quodcumque illud ſit.

Finita Miſsa, accipiens Sacerdos ſiniſtra calicem, dextram ponens ſuper burſam, deſcendit in planum Cappellæ, ibiquè facta cruci reuerentia, vel genuflexione coram tabernaculo Sacramenti, accipit biretum, caput cooperit, reditquè in Sacriſtiam, dicendo canticum *Benedicite, &c.*

In Sacriſtia, facta imagini debita reuerentia, deponit paramenta ordine retrogrado, videlicet primò caſulam, deinde ſtolam tunc manipulum, exinde alia, nec omittit oſculationem ſtolæ, manipuli, & amictus. Lauat poſtremò manus, atque ablutionis aqua in locum mundum diffundenda eſt.

Seruanda ne ſunt eiuſmodi caremonia etiam in Miſſis pro defunctis.

In Miſſis pro Defunctis non dicitur Pſalmus *Iudicamus. Deus.*

Cùm

Cum incipit introitum, non ſignat ſe Sacerdos, ſed dextra ſignat librum, ſiniſtra ſuper Miſſali poſita.

Non dicitur *Gloria in excelſis*, *&c.*

Ante Euangelium non dicitur *Iube Domine benedicere*, nec *Dominus ſit in corde*, *&c.* nec oſculatur librum in fine Euagelij.

Non dicitur *Credo*, *&c.* nec benedicitur ampulla aquæ, in Calicem fundendæ.

In fine Pſalmi *Lauabo*, omittitur *Gloria Patri*.

Ad Agnus Dei non dicit *Miſerere nobis*, ſed *Dona eis Requiem*, neque percutit ſibi pectus.

Omittit orationem *Domine Ieſu Chriſte*, *qui dixiſti Apoſtolis*, *&c.* quæ eſt prima ante communionem.

Non dat pacem: nec in fine dicit *Ite Miſſa eſt*, nec *Benedicamus Domino*, ſed *Requieſcant in pace*.

Non dat benedictionem, ſed dicto *Placeat* oſculatur Altare, & dicit *In principio erat Verbum*, *&c.* reliqua vt in alijs Miſſis.

Ritus autem à celebrante ſeruandos in Miſſa ſolemni, cùm ſint præter intentionem inſtituti, omiſi Qui ſcire deſiderat, videat Gauan. & Miſſalis rubricas.

Aduertat poſtremò celebrãs, ne quid addat, vel detrahat, aut mutet in Miſsa circa Ritus, & cęremonias in Miſsali preſcriptas; alioquin mortaliter delinquet; etiamſi ex deuotione tantùm id agere præſumat, vt etiam ſupradictum eſt *cap*. 9. *nu*. 25. & colligitur ex Bulla Pij V. Miſſali præfixa.

DE RVBRICIS

Præceptiuis, in celebratione Miſſæ ſub culpa mortali ſeruandis.

CAP. IX.

Ritus, & Rubricę ad celebrandam Miſſam praſcripta, obligantne ſub graui culpa?

Vel Rubricæ ſunt præceptiuæ, vel directiuæ tantùm. Si præceptiuæ, obligant ſub peccato, & quidem mortali, ſi materia ſit grauis, & aduertentia adſit. Directiuæ autem non ita obligant, ſi ſcandalum, & contemptus excludatur.

Quomodo diſcerni poteſt, has, vel illas Rubricas eſſe praceptiuas, ideoquè obligare ſub culpa graui; vel directiuas eſſe tantùm, ideòque eximere à mortali?

Illæ Rubricæ cenſeri debens præceptiuæ, & obligatoriæ ſub culpa mortali, quæ aliquid præcipiunt circa materiam, vel formam aut integritatem Sacramenti, vel Sacrificij. Vnde eas violat.

Primò, qui non conſecrat vtramque ſpeciem, ſed ſolùm panem, vel ſolùm vinum.

Secundò, qui conſecrat quidem vtramque ſpeciem, ſed vtramque non ſumit.

Ter-

Tertiò, qui profert verba conſecrationis ſuper materiam, quæ ſacrificanti non ſit moraliter præſens Qua de re ſupra de Preſbyt. ordine *cap* 28 *quæſit*. 81.

Quartò, qui conſecrat materiam non certam, neq; determinatam in particulari. Verùm in his caſibus non ſolùm committitur culpa mortalis, ſed etiam non conficitur Sacramentum, vel ſaltem non perficitur Sacrificium. Qua de re ſupra de Presbyt. Ord. *cit. cap.* 28. *quæſit.* 80.

Quintò, qui ſcienter conſecrat panem triticeum quidem, ſed confectum ex aqua non naturali, ſed roſacea, aut alio liquore in notabili quantitate. Tunc enim dubium redditur Sacramentum.

Sextò, qui aduertenter conſecrat panē, vel vinum corruptum, vel in via ad corruptionem.

Quid autem Sacerdos agere debeat, ſi ſumpturus Hoſtiam vel vinum, aduertat Hoſtiam eſſe corruptam, vel aquam pro vino appoſitam, vide infra *num.* 14.

Latina in fermentato. Qui non excuſantur.

Septimò, Græcus, qui in Eccleſia Græca conſecrat in azymo, & Latinus in Eccleſia, neq; ob neceſſitatem cōmunicandi infirmū.

Octauò, qui vino non miſcet aquam vel miſcet in tanta quantitate, vt ſuperet quantitatem vini.

Nonò, qui extra neceſſitatis caſum conſecrat muſtum, ſi multum fœcis admixtionem habeat. Quia tunc dedecet tanti Sacramenti dignitatem.

X. Qui

X. Qui in conſecratione panis, vel vini omittit coniunctionem *enim*, & multò magis peccaret mortaliter, qui in forma ſanguinis diceret ſolùm *Hic eſt enim Calix ſanguinis mei*, omiſſis alijs conſuetis.

XI. Qui in forma panis, vel vini adderet vel demeret verbum aliquod; quamuis ſignificationem non tolleret.

XII. Qui habens conſcientiam peccati mortalis celebrat ſine Confeſſione Quod ſi vrgeat celebrandi neceſſitas, & copia deſit Confeſsari debet elicere actum contritionis vel ſaltem attritionis, quæ prudenter exiſtimetur contritio.

XIII. Qui aliqua cenſura innodatus, vel alio Canonico impedimento detentus, ſcienter, & mala fide Sacrum facit.

XIV. Si Sacerdos celebret non ieiunus, præterquam in ſequentibus caſibus.

Primò, ſi immemor cibi, vel potus ſumpti iã acceſserit ad altare, à quo ſine ſcãdalo recedere nõ poſset, vel facta eſset cõſecratio

Secundò, ſi in ſumptione Calicis deprehendat fuiſse appoſitam aquam, non debet illam in Calicem effundere, vel in terram expuere ſed debet deglutire, aliudquè vinum, & aquam diſſimulanter infundere, mox verba conſecrationis Calicis proferre, incipiendo à *ſimili modo*, omiſsaque eleuatione, ſanguinem ſumere. Nam ſacrificium neceſsariò perficiendum eſt, ieiunium autem ſeruare eo caſu eſt mortaliter impoſſibile Gauan. *p.3. tit.4.* Bonac. *de Euch. diſp.4. q. vlt. pun. 10. n. 7.* Vide quæ dixi in Directo-

rio

rio *cap.36 qu.5.ſeſſ.23. quæſit.270.* Tertiò, ſi, ſumpta ablutione, inueniat particulas in corporali, quæ non poſſint in Altari aſſeruari, tunc enim debet eas ſumere.

Quartò, ſi poſt ſumptam ablutionem, inueniat particulam conſecratam adhuc inhærere Calici, vel oris palato, melius eſt ſuper infundere vinum, & ſumere. Quia eiuſmodi particulæ ſumptio ſpectat ad vnum, & idem ſacrificium, & moraliter cenſetur vnica actio.

XV. Qui celebrat ante, vel poſt præſcriptum ab Eccleſia tempus, quod eſt ab auro. ra vſque ad meridiem, excepta nocte natiuitatis Domini. Per auroram intelligitur initium crepuſculi, quod contingit ante Solis ortum vna hora cum dimidio Celebrantem prætetea poſt meridiem tribus horæ quadrantibus vel etiam integra hora à mortali excuſat Bonac. *diſp.4.de Sacr.q vlt.pu 9. n 7.* Nauar verò *c.25 n 81 § eſt etiam* vult licitè celebrari etiam duabus horis poſt meridiem, ob cauſam itineris vel ſolemnis Feſti, aut publicæ functionis.

XVI. Qui ſacrificiũ Miſsæ celebrat in loco ab Epiſcopo non conſecrato, vel benedicto, aut ſaltem ad diuina Officia deputato.

Quibus autem caſibus Eccleſia violetur, & polluatur, vide in Directorio *capit. 36. quæſit. 251.*

XVII. Qui celebrat ſine veſtibus benedictis, integris, & mundis. quæ debent eſse ſex; ſcilicèt Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Caſula. Quæ veſtes amit-

tunt

runt benedictionem, cùm amplius non ſunt aptæ ad vſum, ad quem ſunt inſtitutæ. Qua de re vide in Directorio *cap. 37. n. 259. 260. & 264.*

XVIII. Qui celebrat ſine Altari, alijſquè requiſitis, quæ ſunt decem, videlicèt, Ara, Mappa ſaltem duplex, Corporale, Palla, Calix cum Patena. Velum, Miſſale, lumen. Crux, & Miniſter. In neceſſitate tamen celebrare ſine aliquo ex prædictis, non eſſe mortale, tenet Filliuc. *tr. 5. cap. 4 9.* 10 *n.* 127. de quo in *cap. ſequent. num. 6.*

XIX. Qui omittit partem notabilem, ad integritatem Miſſæ ſpectantem, v. g. principalé Miſsæ Orationem, Epiſtolam, Euangelium, vel integram Canonis Orationem. Omiſſio verò minoris partis culpam venialem non excedit, de quo *in cap. ſequent. n. 3.*

XX. Qui ſine iuſta cauſa diù celebrare differt ſuſceptas Miſſas, poſt acceptum ſtipendium, vel præſtita promiſſione, etiam non accepto ſtipendio. Bonac. *diſp 4. de Sacram q. vlt. p 7. t. 5. n. 1.* de quò ſupra in Direct. *cap. 34. quæſit. 234.*

XXI. Qui celebrat feria ſexta in Paraſceuè: quod prohibitum eſt cap. *Sabbato de conſecrat. diſt. 3.* Feria verò quinta, antequam lignetur campanæ, & Sabbato Sancto, poſt pulſationem Campanarum, priuatim celebrare non eſſe illicitum, docet Barboſa *de offic. & poteſt. Paroch. cap. 11. num. 42.* Sed in hac re ſpectanda eſt conſuetudo locorum.

XXII. Qui ſine priuilegio, vel licentia ecle-

celebrat capite aperto: ſicuti conſtat ex *c. Nullus Epiſc. de conſec. d.* 3. Si tamen id ſuaderet neceſſitas, nec poſſet tunc commodè peti, & obtineri diſpenſatio, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, nullum eſſet peccatum.

XXIII. Qui ſine graui, & vrgente cauſa inchoatam intermittit Miſſam. Grauis autem; & vrgens cauſa eſset, ſi celebrans recordaretur ſe nō eſſe ieiunium, vel cenſura exiſtere innodatum: aut aduerteret adſtare Miſſæ excommunicatum, qui monitus nollet diſcedere: deberet enim inchoatam dimittere Miſſam, ſi nondum conſecraſſet, neque timeretur ſcandalum.

XXIV Addunt aliqui cum S. Thom. 3. *p. q.* 83. *a.* 6. *ad* 2. ſi celebrans, dicto Euangelio, iteret Miſſam in gratiam perſonarū de nouo aduenientium, ipſum à mortali non excuſari. Oppoſitum tamen videtur ſentire Nauar. *Miſcel.* 87. *de conſ.* Qui a nulla lege (ait) videtur prohibitum, ne talis iteratio iuſta de cauſa fiat. Sed opinio, S. Thom. omninò eſt tenenda.

XXV Peccare tandem mortaliter Sacerdotem, qui in Miſſa aliquid notabile (maximè dum publicè orat) addit vel detrahit, aut mutat, circa ritus, & rubricas in Miſſali præſcriptas, colligitur *ex Bulla* Pij V. *miſſali proſixa*, & docent communiter DD. apud Reginald. *l.* 33. *n.* 210. Bonacina *de Sacram. diſp* 4. *q ult. p.* 7. *paragr* 3. *n.* 3 *& punct.* 10 *n.* 19 Dian. *p.* 5 *tr.* 5. *reſ* 63. Quod verum eſt, etiamſi celebrans aliquid adderet ex deuotione tantùm, aut quia ad melius

eſſe iudicaret, teſte Molin. *in inſtr. Sacerd. tr.3. cap.11. §. vlt.*

Dixi *dum public. orat.* Quia priuatim, & ſecretè addere orationem aliquam mentalem, vel mixtam ex mentali, & vocali, maximè dum, peracta conſecratione, adoramus Hoſtiam. & calicem, eaquè populo adoranda oſtendimus, non ſolùm licitum eſt, ſed etiam laudabile, vt piè, & ſapienter monet Nau. *cap 19 de orat num. 109.*

XXVI. Poſtremò pro conſolatione ſacerdotum, quibus vnicè laboro, non omittam ex Eſcobar *lib.1 Exam. 11. num.92* & Tambur *lib.8. cap.5 §.2. nu.30* hanc tradere regulam; nimirum quoties ipſi ex ignorantia, vel perturbatione animi tranſgrediuntur aliquam ex ſupra relatis Rubricis, ac proinde in Miſſa committunt errorem etiã grauem (dummodo bona fide procedant) ijs non imputari ad mortalem culpam, ob defectum ſufficientis aduertentiæ, & deliberationis. Si tamen ignorantia ſit habitualis, tenentur ſub mortali dare operam, vt eam emendent.

D E

DE RVBRICIS

Præceptiuis ſub culpa veniali,& in celebrando Sacro ſeruandis.

CAP. X.

E *Xpoſitis Rubricis ſub mortali reatis præceptiuis, recenſe modò Rubricas in celebratione Miſſæ ſub culpa tantùm veniali ſeruandas?*

Illæ Rubricæ cenſeri debent ſaltem ſub culpa veniali præceptiuæ.

Primò, quæ præcipit, vt Sacerdos celebraturus Matutinum cum Laudibus recitet ante Miſsam;vt habetur in Miſsali iuſsu Pij V. edito. Quamuis enim nonnulli ex Doctoribus antiquis, vt Nau. *in man. c.25. num* 83. exiſtiment, talem Rubricam obligare ſub mortali Nihilominus communis eſt Recentiorum perſuaſio,nō eſse receptam niſi ſub obligatione veniali:Imò ſi cauſa concurrat, etiam à veniali celebrantem excuſari. Bonac. *de Sacr diſp.*4. *q.vlt.p.*11. *nu.*205. Tambur. *de ſacrif. l.*1. *c* 7. §. 7 Qua de re fuſiùs ſupra in Directorio *cap.* 31. *quæſit.* 162.

Secundò, Rubrica, quæ eſt de dicendis orationibus ad indumenta ſacerdotalia præſcri-

ſcriptis; quas Sacerdos ſacrificaturus, ſi abſque vlla cauſa omittat, à veniali non excuſatur. Scortia *de ſacrif. c.* 8. Fagund. *pracept.* 1. *l.* 3. *c* 21. contra Nau. *cit. c.* 25. *num.* 73. & Gau. *p.* 2 *tit.* 1. litt. B. qui omittentem damnant culpæ lethalis.

Tertiò, etſi non deſint, qui aſſerunt, celebrantem, qui vel minimum verbum omittit in canone, culpam mortalem nō effugere; eò quòd hæc ſit pars ſacratior Sacri, maioremque mereatur religionem. Nihilominus omiſſionem eiuſmodi (exceptis verbis formæ in conſecratione panis., & vini) veniale peccatum nō excedere, ob leuitatem materiæ, docent Suar. *diſp.* 84. *ſect.* 3. Card. de Lugo *de Sacr. diſp.* 20. *nu.* 104. Reginald. *lib.* 29 *ſect.* 8. *n.* 207. Vide, quæ fuſiùs dixi in Directorio *c.* 36. *quæſit.* 267.

Sed quæres, quando incipiat Canon, quandoue deſinat?

Reſp. ſecundùm communiorem ſententiam incipere à *Qui pridie*. Dicaſtill. *diſp.* 4. *n.* 249. & Gobat *de ſacrif. caſ.* 22. *n.* 750. deſinere autem olim ad Pater noſter excluſiue nunc ad conſumptionem Sacramenti. Suar. *cit. diſp.* 83. *ſect.* 2. *in pincip.*

Quartò, etſi pro digitorum ablutione in Miſſa adhibere ſolam aquam nullum inducat peccatum: ſecus tamen dicendū de purificatione calicis, in qua Sacerdotem, qui ſolam aquam adhibet, culpę venialis grauis damnant Sanch *lib.* 4. *mor. c.* 11. *nu* 43. Tambur. *l.* 3. *c.* 9. citans Gauan Quia iura de ablutione digitorum nihil ſtatuunt: ſtatuunt verò de

rò de purificatione Calicis facienda vino, non aqua: ſed ſub obligatione tantùm veniali ex *cap de celebrat. Miſſar.*

Quintò, Sacerdos, qui voluntariè diſtrahitur, in celebrando Sacro, non cenſetur delinquere niſi venialiter. Quia Rubricæ præſcribentes, vt Miſſa deuotè, & attentè celebretur, non cenſentur obligare niſi ſub veniali Dummodo id non accidat in canone: cęteraquè ritè peragat ſacrificans ſicuti etiam ſupra monui *c.6. nu.6* Vide Tambur. *cit. l.3. c.3. n* 8 & nouiſſimè Gobat *de ſacrif. caſ. 23. num* 821.

Sextò, licèt præcedenti *c. n.* 18 dictum ſit, Rubricam præcipientem Sacerdoti, ne celebret ſine requiſitis, ibidem relatis, obligare ſub mortali. Celebrare tamen ſine Cruce, vel ſine Miniſtro, aut cum vna Tobalea ex iuſta cauſa Item ſine Miſsali, ſi celebrans ſatis confidat de ſua memoria, non excedere culpam venialem, tenet Filluc. *tr. 5. c. 4. qu. 10. n. 127.* Faguadez *p. 1. l. 3. c. 21. n* 32. De quo vide in Director. *c. 37 quæſit. 263.*

Septimò, qui in celebratione Miſſæ non vtitur veſte talari, ſcilicèt oblonga vſq; ad talos, non eſt obnoxiùs niſi culpæ veniali, dummodo abſit ſcandalum, vel Epiſcopus proprius ſpeciali edicto id non prohibeat. Nam tunc non excuſaretur à mortali Cauſa tamen itineris celebrare ſine talari, modo infra genua ſe extendat, nullum inducet peccatum.

Octauò, qui Miſſas votiuas priuatas celebrant infra octauas priuilegiatas, alijſq; diebus,

bus,qui in Rubricis Miſsalis,vel à Sacr. Rituum Congregatione ſunt excepti,peccant quidem, ſed tantùm venialiter, ſi abſit ſcandalum, & contemptus. Dian. *p 9.tr.8. reſ 53.* & alij apud ipſum.

Idem probabiliter dicitur de celebrantibus Miſsas de *Requiem*, non præſente corpore, in duplicibus,non obſtante Sac. Congreg. decreto ſuperiùs *c 6 n 7*. relato. Tum quia illud emanauit,vt firmiùs induceretur in obſeruationem Rubrica Miſsalis circa Miſsas pro defunctis in duplicibus, ſicuti conſtat ex tenore decreti. At huiuſmodi Rubrica non videtur inducere grauiorem obligationem, quàm venialem. Tum quia neque ex grauitate rei,neque ex verbis decreti,aut adiectis pœnis, deſumitur id prohiberi ſub grauiori culpa quàm veniali,ſecluſo ſcandalo vel contemptu & dummodo à Sacerdotibus id frequenter non fiat

Addo, votiuam breuiorem etiam in duplicibus permitti patientibus difficultatem celebrandi, ob debilitatem capitis, oculorum pedum, viſcerum Tambur *de ſacrif l 2. cap. 6. parag. 1. num.12.*

Nonò celebrantes,qui dum ſeſe ad populum vertunt,oculis totum Templum perluſtrant. contrafaciunt Rubricæ,quæ ſic ait *Demiſſis ad terram oculis, dicit Dominus vobiſcum*. Item *Orate fratres*: huiuſmodi tamen tranſgreſſio, & irreuerentia non cenſetur per ſe excedere culpam venialem Dixi per ſe,quia ratione ſcandali poteſt aliquando pertingere ad mortale.

Deci-

Decimò, qui in Feſtis duplicibus vnam alteramuè collectam ſupernumerariã adijcit vel omiſso Sacro funebri celebrat feſtiuum inſerendo in eo collectam funebrem tranſgreditur Rubricas, quæ in duplicibus non permittunt plures orationes, aut ſi plures, non niſi præſcriptas, aut pro re graui. Non videntur tamen hæ Rubricæ inducere obligationem grauiorem, quàm venialem, teſtè Gauant. *p. 1 tit. 5. lit. X* & Fraxinel §. 7. Sacerdos tamen qui ordinariè id factitaret, grauiùs delinqueret: quia cenſeretur inducere nouum ritum, quod grauiter prohibent Pius V. & Clem. VIII. in Bullis Miſſali præfixis.

Vndecimò, ſacerdos tandem, qui ex obliuione, ignorantia, vel inaduertentia non omninò inculpabili non obſeruat Rubricas præceptiuas ſub mortali, de quibus in præcedenti *cap. à nu. 5. vſque ad* 25. non eſt excuſandus ſaltem à veniali. Quod deducitur ex regulis generalibus legum, & præceptorum, etiam Diuinorum. Secus dicendum, ſi inaduertentia & obliuio eſset omninò naturalis, & inculpabilis. Dian. *p. 7. tr. 10. reſ.* 31. Claud. Arnaud. *in append. ad 3. part.*

DE

DE RVBRICIS

Dumtaxat Directiuis in celebratione Miſſæ ſeruandis.

CAP. XI.

CVm præter Rubricas in vtroque ſuperiori capite relatas, quas diximus eſſe præceptiuas, aliæ permultæ reperiantur in Miſsali præſcriptæ, in celebranda Miſsa adhibendæ, quę, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, non obligant ſub culpa. Hæ nuncupantur directiuæ, hoc eſt, exhortationis, & conſilij; quę tamen nullo modo ſunt omittendæ. Saperet enim contemptum, ſi qua earum perpetuò, vel vt plurimum, aut ſæpius omitteretur, ſicuti monet Gauant *p 3. tit. 11. num. 11.*

Et quamuis, attenta Bulla Pij V. Miſsali præfixa, & Concil. Trid decreto *ſeſſ 22. de obſeruandis & vitandis in celebrationem Miſſæ*, nonnulli Doctores, vt Suarez *diſp.* 87. *ſect.* 3. Reginald. *lib.* 33. *num.* 210. Coninch. 3 *p. q.* 83. *a.* 5. *n.* 266. exiſtiment teneri Sacerdotem ad ſeruandum integrum Miſsæ ritum, prout in Miſsali præſcriptus & defini-

tus

tus eſt. Non propterea ſequitur omnes Rubricas eſſe præceptiuas, & nullas directiuas & conſilij tanùm.

Nam directiua. Primò habetur illa, quæ preſcribit, vt Miſſa altè dicatur. Nam quamuis ſubmiſsè celebrans Miſſam reprehendatur à Nauar & Sà *V. Miſſa nu* 50. illum tamen etiam à veniali excuſat Bonac. *diſp.* 4. *quæſit. vlt. part.* 11. *num.* 20 Quia ſufficit, ſi fideles Miſſæ interſint, etſi celebrantem non audiant.

Secundò, illa, quæ circa Miſſas votiuas dicit eas priuatim dici poſſe pro arbitrio Sacerdotis quocumque die non eſt duplex, modo id paſſim non fiat, vel rationabilis cauſa ſuadeat. Qua de re vide ſupra de Miſſis votiuis *cap* 7 & Dian. *part*. 4. *tractat.* 4 *reſolut*. 39.

Tertiò, illa quæ eſt de dicendis orationibus, pro præparatione ad Miſſam, & pro gratiarum actione poſt Miſſam, de quo ſupra in Directorio *cap*. 31. *quæſit* 164.

Quartò, directiuæ cenſendę ſunt illæ, quę agunt de ferendo Calice ante pectus eleuato, cùm Sacerdos accedit ab Altare, & recedit. De inclinatione ad *Confiteor*; *ad Munda*: ad *te igitur*, *&c*. Item de inclinando Cruci non humeros, ſed caput dumtaxat, dum dicitur *Gloria Patri*. De extẽſione, & eleuatione manuum ad *Dominus vobiſcum*, &c. de ſignando ſe à fronte ad pectus. De leuiter percutiendo pectus ad *Domine non ſum dignus*, *&c*. de poſitione Calicis, dum plicatur corporale: de re-

 ponen-

ponendo corporale intra burſam. Etſi aliqui, vt magrius de *nont. vocab. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 81. grauiter reprehendant Sacerdotem, id omitte item de tegenda tota anteriori parte calicis velo ad poſt communionem. Et aliæ plures, quæ promiſcuè recenſentur infrà *cap.* 13. ſub nomine defectuum. Quas Rubricas tum Miſsale ipſum, tum etiam conſuetudo, & vſus à Sacerdotibus piis, & doctis receptus docet eſſe directiuas.

Rectè tamen notat Gauant. *par.* 3. *tit.* 11. *num.* 12. Rubricas etiam tantùm directiuas non eſſe negligendas, vel omittendas. Cenſeretur enim contemptus interpretatiuus, ſi qua earum perpetuò, vel vt plurimum, aut ſæpiùs omitteretur; vt ſupra etiam monui, præſertim ſi ſubeſſet etiam ſcandalum, vel periculum ſcandali. Quod fuſiùs expendendum, ac exponendum eſt in capite ſequenti.

QVAN-

QVANDO SIT Peccatum Rubricas directiuas omittere.

CAP. XII.

PEccatne aliquando Sacerdos, ſi in celebratione Miſſæ Rubricas directiuas omittat?

Rubricæ directiuæ, licèt per ſe loquendo non obligent ſub peccato mortali, vel veniali, poteſt tamen Sacerdos in earum omiſſione delinquere mortaliter, vel venialiter ratione alterius circumſtantię, quæ quadruplex eſſe poteſt.

Prima eſt contemptus: Si quidem omnis tranſgreſſio etiam conſiliorum Euangelij ex formali contemptu eſt peccatum mortale, vt docent communiter Doctores apud Bonac. *diſp.2. de leg. qu.3. par.5. num.6.*

Secunda eſt ſcandalum, quod celebrans præbet, vel præbere poteſt Miſſæ ad ſtantibus, ſi rubricas aliqua ſub veniali præceptiuas, vel etiam tãtùm directiuas, omittat, v. g. Si celebrans ex culpabili inaduertentia fractionem, vel eleuationem Hoſtiæ omitteret. Quod factum non pridem contigit Brixiæ. Quapropter Sacerdos, qui in vna ex tribus Miſſis Natalis Domini Sacramentum attollere omiſerat, ab Epiſcopo per

annum integrum à celebratione Miſſæ fuit ſuſpenſus ob ſcandalum, quod adſtantibus præbuit.

Dixi ex culpabili inaduertentia, quia ſi inaduertentia eſſet inculpabilis, etſi de facto ſcandalum ſequeretur, mortaliter celebrans non delinqueret. Quia tunc eſſet ſcandalum paſſiuum, non actiuum, vt communiter tradunt Doctores.

Tertia eſt conſcientia erronea, vel dubia, ſi nimirùm celebrans exiſtimet, vel practicè dubitet Rubricam aliquam obligare ſub culpa graui, & tamen eam non ſeruet. Nam *omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt*, ad Rom 14 ideſt, omne, quod non fit iuxta iudicium intellectus peccatum eſt, pro qualitate iudicijs; vt docent Theologi omnes cum S Thom 1.2. *qu.* 19. *ar.* 5.

Quarta circumſtantia eſt Epiſcopi præceptum; ſi nimirum Epiſcopus in ea Diœceſi ſpeciali edicto mandet, vt Rubricè omnes etiam directiuæ tantùm in celebranda Miſſa ſeruentur. Sacerdos enim eas omittens peccabit, quia poſito tali edicto, Rubricæ directiuæ fiunt præceptiuæ.

Rectè quidem, ſed circa contemptum, requiro quandonam ſacrificans cenſendus ſit rubricalium legum tranſgreſſor ex contemptu?

Reſp. quòd duplex datur contemptus, alter formalis, cùm quis tranſgreditur legem vel regulam, quia non vult ſubi ei legislatori, vel ſuperiori, vt ſuperior eſt, non verò vt homo defectibus obnoxius. Alter dicitur contemptus interpretatiuus; cùm quis ſcien-

ſcienter, & ex conſuetudine tantùm tranſgreditur legem, vel regulam. Sacerdos igitur cenſendus eſt rubricales leges tranſgredi, & delinquere, non ſolum quando eas negligit, quia non vult ſubijci ordinationi Eccleſiæ; ſed etiam, quando eaſdem ſcienter, & ex conſuetudine omittit, ſicuti docet Gauant. *cit. part.* 3. *tit* 11. *num*. 12.

Hoc tamen intereſt, quòd qui Rubricas directiuas negligit ex formali contemptu, ſemper, & in materia etiam parui momenti mortaliter delinquit, ſicuti docet Bonac. Tambur. Laym infra citandi Qui verò eas omittit ex contemptu tantùm interpretatiuo non peccat niſi venialiter, ſi materia ſit leuis & abſit alia circumſtantia mala, iuxta ſupra dicta. Bonac. *diſp.* 2. *de leg. qu.* 3. *part.* 5. *num.* 6. Tamb. *l.* 2. *c.* 5. *n.* 3. Laym. *l.* 1. *tr.* 2. *c.* 7. *num.* 4.

DE EFFECTIBVS Euitandis in celebratione Miſſæ circa Rubricarum obſeruationem.

CAP. XIII.

REtulimus ſupra tum Ritus ſingulos qui à Sacerdotibus in tota actione Miſſæ ſucceſſiuo ordine debent ſeruari. Tum etiam Rubricas præceptiuas, quatenus tranſgreſſio modo lethalem, modo venialem culpam inducit. Nunc defectus quoſdam, qui paſſim committuntur à celebrantibus, vt euitentur recenſere non abs re duxi. Sunt autem ſequentes.

Primò. Sacerdotes non pauci, antequam paramenta ſacerdotalia induant, non accipiunt Miſſale, neque prælegunt Miſſam, vt opportunè vel neceſſariæ mutationi, vel rectæ celebrationi prouideant. Interdum etiam non lauant manus, res fœda dictu.

Secundò, nonnulli accipiendo Amictum, ſignant ſe cum extremitate eiuſdem Amictus quod eſt contra Rubricam, quæ præſcribit, vt Sacerdos Amictum dumtaxat collo imponendum *oſculetur in medio, vbi eſt Crux*: quod etiam ſupra monui.

Tertiò, quidam cùm è Sacriſtia ad Altare acce-

accedunt, recitant Pſalmum *Miſerere*, vel aliam orationem, Defectus commiſſionis contra Rubricam, quæ in tali itinere nullam orationem præſcribit. Mente tamen ſi quam recitet, non eſt reprobandum.

Quartò, multi, collocato calice in Altari & aperto Miſſali, cùm deſcendunt ab Altari non vertunt ſe à cornu Epiſtolæ, ſed Euangelij quod eſt contra Rubricam.

Quintò, non pauci, cùm dicunt pſalmum *Iudica me Deus*, *&c.* ad *Gloria Patri*, inclinant Cruci caput, & humeros, tranſgreſſio euitanda.

Sextò aliqui, nondum repetito introitu, vadunt ad medium Altaris, vel eundo dicunt *kyrie*, &c. vtrumque contra Rubricã, quæ ait, *repetito introitu, iunctis manibus, accedit ad medium Altaris, vbi ſtans dicit ter Kyrie, &c.*

Septimò, compſures cùm è Sacriſtia accedunt ad Altare & recedunt, & cùm ſe ſe ad populum vertunt, dicendo *Dominus vobiſcum*, oculos ad terram non demittunt, contra præſcriptum Rubricę, quæ ſic ait. *Procedit oculis ad terram demiſſis*. Vide, quæ dixi ſupra *cap* 10. *nu.* 9.

Octauò, cùm velum amouent à calice, celebrantes ferè omnes illud ponunt ſuper corporale, quod valdè dedecet; cùm hoc ſit linteum Domini proprium. Debet igitur velum non tradi miniſtro plicandum, vt ſentit Gauant. *part.* 2 *tit.* 10. quod non eſt vſum receptum ſed plicatum extra corporale reponendum.

Nonò, multi deponunt Hoſtiam ſuper corporale ante completam orationem, *Suſcipe Sancta Pater*. Et idem faciunt ad oblationem calicis: quod aduerſatur Rubricæ, quæ ait. *Quo dicto*, ideſt, *Suſcipe*, &c. *accipit patenam* &c *facit ſignum*, &c. & *deponit Hoſtiam*, *&c.*

Non pauci orationem pro benedictione aquæ dicunt, cùm accipiunt vinum: de ordinatio Rubricæ vitanda.

XI. Vinum in calicem infundendum eſt ex anguſtiore ampullæ foramine, & per eamdem lineam aqua, ſic nullæ interiori calicis ſuperficiei inhærebunt guttulæ; ſecluſumquè erit dubium, an illæ ſint conſecratæ. Qui modus à paucis ſeruatur.

XII. In formando cruces ſuper oblata, nunnulli formant quatuor puncta ✠ vel ſi formant lineas, manu recta, ſicuti ad abigendas à calice muſcas, vtuntur. Vtrumque contra Rubricam, quæ præſcribit, vt formentur duæ lineæ ✠ lineaquè traſuerſa, formetur etiam manu tranſuerſa, vti etiam ſupra *cap.* 8. dictum eſt.

XIII. Cùm inclinationes variæ faciendæ ſint à celebrante, quædam profundæ, vt ad *Confiteor*, ad *Munda*, ad *Te igitur*, & ad *Supplices*, Quædam mediores, vt ad *Deus tu conuerſus* ad *Sanctus*, ad tres orationes ante communionem. Quædam etiam paruæ, vt ad *In ſpiritu humilitatis*. ad *Suſcipe Sancta Trinitas*. Quædam ſolo capite ad Crucem flexo, vt ad *Gloria Patri*, ad verba, *Adoramus te*. *Gratias agimus*. *Suſcipe deprecationem*,

nem, ad *ſimul adoratur*, *&c*. Multi non ſeruant varietatem, ſed eam conſundunt cum tranſgreſſione Rubricæ.

XIV. Complures, cùm dicunt *Dominus vobiſcum*, caput populo incliuant, manus nimis deſiunguntur, & Altari dorſo incumbunt. deordinatio prorſus euitanda.

XV. Plurimi, incipiendo Canonem, dicunt alta voce. *Te igitur*. *Memento Domine famulorum*, &c. Item, *Hac quotieſcunque feceritis*. Imò & ipſa verba conſecrationis defectus contra Rubricam notabilis. Poſtremus verò etiam grauiter culpabilis, de quo ſupra *cap*. 6. *nu*. 4.

XVI. Percuſſio pectoris poſt conſecranem fieri debet leuiter, & tribus tantùm digitis. In quo multi non ſeruant Rubricæ percutientes ſibi pectus magno ſtrepitu: interdum etiam pollice & indice planetam tangentes.

XVII. Nonnulli antequam ſumant ſacram Hoſtiam, dum tenent eam manibus, nimis immorantur, in cogitatione, vel poſt eiuſdem ſumptionem in meditatione. Defectus additionis contra Rubricas, quæ breuem dumtaxat permittunt meditationem.

XVIII. Per multi in ſumptione ſanguinis ter, quater, & plureis admouent calicē ori. Quod & ſtomachum aſtantibus mouet, & aduerſatur Rubricæ, & communiori praxi teſte Gauanto *par*. 2. *tit*. 10. *litt*. *V*. vbi monet, vt bis tantùm, vel ad ſumùm ter calix ori admoueatur.

Sed quid, ſi in ſumendo de calice ſtillauerit

ſacer ſanguis in barbam celebrantis?

Si hæc controuerſia deducatur ad tribunal, in quo iudex ſedeat Barthol. ab Angelo *Dialog.* 5. §. 713. & aſſeſſor Dicaſtill. *diſp.* 4. *de Sacrament. nu.* 301. deciſio erit abradendam, & comburendam eſſe barbam Sed nimis dura videbitur Sacerdoti, potiſſimùm verò ſi comptam, & bipalmarem barbam oſtentet. Quare mitiorem ſententiam ferent Gauant. *p.* 3 *tit.* 10. *num.* 12. & Bonac *de Euchar. diſp* 4. *q. vlt p.* 10. *n.* 10. vt ſcilicèt eo caſu bis, terue barba abluatur, & ablutio in piſcinam proijciatur.

XIX. Cùm purificatio ex iuſſu Pij V. debeat eſſe maior, vel ſaltem æqualis quãtitati ſanguinis, eaquè ſumenda ſit per eamdem partem Calicis, per quam ſanguis hauſtus eſt; multi ſaluberrimum ſanctiſſimi Põtificis præceptum non ſeruant. Defectus grauis omiſſionis, & trãſgreſſio corrigenda.

XX. Poſt cõmunio ita dicitur, quia olim antiphona illa cantabatur à choro, dum populus S. Euchariſtiam ſumebat; idquè ex S. Gregorii Papæ inſtitione. Hinc colligitur errare Parochos, ac Sacerdotes, qui differunt, ſine iuſta, & rationabili cauſa, præbere communicatnris S. Euchariſtiam ad finem Miſſæ contra Rubricam. Quia interim priuant eos fructu orationum, quæ in Miſſa poſt communionem dicuntur. Hæ ſiquidem non ſolùm ad Sacerdotem, ſed etiam ad alios communicantes ſpectant; ſicuti monet Rit. Rom..

XXI Plerique, poſt ſumptam communio-

nionem, non operiunt anteriorem Calicis partem velo. Alii Euangelium, quod aliquando in fine Miſſæ dicitur, oſculantur dicendo *Per Euangelica dicta, &c.* Vtrumque tamquam contra Rubricas reprobatur à Gauant. *p. 2. tit. 12.* lit A. *in fine*: vbi etiã reprenhendit vſum oſculandi veſtes omnes, cùm iis exuitur Sacerdos. Siquidem tres tãtùm; quæ Crucem habent, ſcilicèt Amictus Manipulus, & Stola, ſunt oſculandæ.

XXII. Aliæ tranſgreſſiones permultæ committuntur à Sacerdotibus in celebratione Miſſæ circa Rubricarum obſeruantiam. Potiſſimùm verò quod pleriq; celebrantium non coniungunt Orationes cùm actibus, quibus ex propria earum ſignificatione ſunt coniungendæ: ſed vel præmittunt, vel poſt ponunt, & ſic peruertunt ordinem, quem Rubricæ præſcribunt.

Quamuis autem ſupra relati defectus, & tranſgreſſiones paruæ videantur, nemò tamen exiſtimet eas negligi poſſe Tum quia tales negligentiæ ſolent inducere contemptum, de quo in præcedente capite dictum eſt. Tum quia, ſi Hierem 8 maledicitur omnis, qui fecit opus negligenter: maledictio huiuſmodi ne ſuper ſe veniat, pertimeſcere potiſſimum debent Sacerdotes, qui miſſam indecorè, & negligenter celebrant, cùm ſit opus, & myſterium adeò ſanctum, & Diuinum, vt nullum aliud illi comparari queat, vt ait Concil Trid. *ſeſſ* 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſsæ.

d 6 DE

DE DEFECTIBVS,

Miniſtrorum, priuatis Miſſis inſeruientium.

CAP. XIV.

OFficium miniſtri in ſacrificio miſſæ adeò eſt neceſſarium, vt ſacrificantem ſine eo extra neceſſitatis caſum lethalis culpæ damnent communiter DD. apud Suar. *diſp.87 ſect.1.* & Bonac. *diſp 4 de Sacram queſt. vlt. par 9.*

Quod munus cùm ſit duplex, ſcilicèt, ſacrificanti reſpondere, & neceſſaria ſubminiſtrare, & poſterius ſit magis neceſsarium, quàm priùs Propterea halucinantur Sacerdotes, qui cenſent ſua apud Deum nihil intereſſe, ſeu idoneum, ſeu ineptum Miniſtrum adhibeant Nam tenentur inſtructū præferre imperito, quoad commode poſſunt. Ad Rectores verò Eccleſiarum ſpectat curare vt miniſtri probè ſint inſtructi, & ex ijs, qui ex officio, & ordine ab Eccleſia ſunt deputati.

Cùm itaque ex Trid decreto *ſeſſ.23 cap. 17.* officium priuatis Miſſis inſeruiendi incumbat Accolytus,

Primus, & præcipuus defectus eſt, quòd iſti nedum ſunt Accolyti, aut inferioris ordinis Clerici, ſed neque Tonſuram, & habitum Clericalem geſtunt. Excuſantur tamen à peccato: tum quia Trident. decretum dirigitur ad prælatos. Tum

quia

quia vbique non eſt vſu receptum.

Secundus error eſt, quòd laici, qui in Clericorum defectum permittuntur priuatis Miſſis inſeruire in ea functione, ſuperpelliceo non vtuntur. Defectus notabilis, & non tolerandus.

Tertius defectus eſt, quò Miniſtri nullam curam ſuſcipiunt accommodandi veſtes Sacerdotis, antequam exeat è Sacriſtia, ita vt Alba ſit æqualis in circuitu, & duobus tantùm digitis è terra diſtet.

Quartus eſt, quòd dum Sacerdos incipit Miſſam, Miniſter non manet retro poſt Celebrantem, neque reſpondendo, vocem ſuam conformat voci ipſius celebrantis.

Quintus, cùm Miniſter ampullam vini porrigit celebranti, eã non oſculatur: defectus omiſſionis euitandus præterquam in Miſſis de *Requiem*.

Sextus defectus eſt, quòd ſtatim ac celebrans dixit *Oratę fratres*. Multi miniſtrantium non dicunt *Suſcipiat Dominus &c.*

Septimus eſt, quòd non adhibent vaſculum in quod decidat aqua, qua Sacerdos digitos abluit.

Octauus, quòd non deferunt Miſſale ad cornu Euangelij, quando in fine Miſſæ aliud Euangelium legendum eſt; quo caſu celebrans non debet ipſemet illud transferre, ſed dare ſignum miniſtro, vt transferat.

Nonus defectus eſt, quod in reſpondendo, & neceſſaria miniſtrando, ſæpè miniſter eſt vitiosè celer. Sed fortaſſe curat ſe conformare celebranti, quem nouit Sacrum

face-

facere, vt loqui ſolemus, veniaticum.

Decimus eſt, quòd miniſter non manet iugiter apud ſacrificantem vſque ad finem Miſſæ, ſed vel accurrit ad Sacriſtiam, aut Campanile, vel eminùs reſpondet.

Vndecimus defectus eſt, quòd miniſtri extinguunt candelas primò in cornu Epiſtolæ, cùm extinguendę ſint primò in cornu Euangelii, deinde in cornu Epiſtolæ, ſic mox accipere poterunt Miſſale cum bireto Sacerdotis. Non debent tamen eas extinguere ante finitum Euangelium, ſicut tradunt Gau. & Arnaud. *p. 2.*

DECLARATIONES

Aliquot Sacræ Congreg. Concilij ſuper decretis eiuſdem Sacr. Congreg. authoritate Vrbani VIII. editis de celebratione Miſſarum.

CAP. XV.

CVm ex decretis Sacræ Congreg. de celebratione Miſſarum, authoritate Vrbani VIII. editis *die 21. Iunij 1625.* nonnulla dubia emerſerint. Idcircò de opportuna declaratione cùm tunc ſupplicatum fuiſſet eadem Sacra Congregat. ad tolendam omnem ambiguitatē, ad ſingula dubia ſibi propoſita in hunc modum reſpondit. Quas reſponſiones, ſeu declarationes, vt in Sacerdotes nuper inaugurati ob oculos habeant,

beant, pro opuſculi coronide, hic adiicere non alienum ab inſtituto dixi.

Super decreto 1. (Omittitur quæſitum, & reſponſio: quia eſt de reductione Miſsar: quod ſpectat ad Epiſcopos, & Prouinciales Ordinum.

Secundò, circa præſcriptionem elemoſinæ pro dicendis Miſſis, quæſitum fuit, num intelligenda ſit de præſcriptione ab Ordinario facta, vel ab offerente?

Sacra Congreg. reſpondit, intelligendam eſſe de præſcriptione facta ab eo, qui elemoſinam tribuit, non ab Ordinario.

Tertiò, an, cùm Ordinarius præſcripſerit elemoſinam congruam, iuxta circumſtantias loci, temporum, & perſonarum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruum teneantur Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare.

Sacra Congreg. declarauit, Sacerdotes teneri ad eum numerum Miſſarum, quæ ab offerente fuerint præſcriptæ.

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſsas celebrare ratione Beneficij, cappellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem elemoſinam, pro Miſſis votiuis, vel Defunctorum recipere, & vnico ſacrificio vtriq; obligationi ſatisfacere.

Ad dubium iſtud reſpondit, Sacerdotes, quibus diebus tenentur celebrare, vt ſupra, ſi elemoſinas, pro aliis etiam Miſſis celebrādis, receperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere, & aliter facientes delinquere mortaliter, & teneri ad reſtitutionem.

(Et

(Et iure merito ita declarauit,& prohibuit Sacra Congregatio Nam etſi valor Miſſæ ſecundùm ſe, & in actu primo,vt ita dicam, ſit infinitus, effectus tamen ſacrificij ideſt,fructus ex eo proueniens,eſt finitus,& minuibilis. Ac proinde minor prouenit pluribus,quam ſi vni ſoli applicetur. Vide ſupra in Director. *cap.36.quaſit.223*.)

Quintò, poſito, quó teſtator reliquerit centum Miſſas, pro ſua ipſius anima celebrandas, abſque vlla eleemoſina preſcriptione, an liberum ſit hæredibus eleemoſinam ſibi benè viſam praſcribere: an verò elemoſina ab Ordinario ſit praſcribenda.

Sac. Congreg declarauit, quoties certam elemoſinam teſtator non reliquit ab Ordinario præſcribendam eſſe certam elemoſinam, quæ oneribus Miſſarum celebrandarum reſpondeat, iuxta morem Ciuitatis, vel prouinciæ.

Sextò, an Sacerdos, qui Miſſam ſuſcepit dicendam cum certa elemoſina, poſſit eadem Miſſam alteri committere celebrandam, parte eiuſdem elemoſina ſibi retenta.

Sac. Congreg ad remouendum ab Eccleſia omne damnabile lucrum reprobauit turpem huiuſmodi quæſtum, diſtricteq; prohibuit, nè vllus Sacerdos id facere præſumat.

Septimó, an Sacerdotes, quibus aliquando datur elemoſina maior ſolita pro celebratione Miſſa, teneantur eamdem integram tradere ijs, quibus Miſſam celebrandam committunt: An verò ſufficiat, vt dent elemoſinam congruam.

Sa-

Sacra Congreg. declarauit integram eleemoſinam tribuendam eſſe Sacerdoti celebranti, nec vllã parte poſse ſibi retinere.

Octauò. Ex prædicta declaratione dubitatum fuit, an deberet etiam intelligi de Beneficiario, qui poteſt per aliam celebrare, an teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redituum Beneficij.

Reſpondit ſufficere, quòd Beneficiarius tribuat elemoſinam congruam iuxtà morem Ciuitatis, & prouinciæ.

(Quam declarationem habere locum etiam in Cappellano, qui per alium poteſt oneri Miſſarum ſatisfacere, tenet Card de Lugo de Euchar. *diſp. 21. ſect. 2. n. 31.*)

Nonò, an permittendum ſit Sacriſtis, ſeu collectoribus elemoſinarum, pro celebrandis Miſſis, vt ex iiſdem elemoſinis aliquam portionem ſibi retineant pro expenſis in manutentione Eccleſiæ, Altaris, inſeruientium, paramentorum, luminum, vini hoſtiæ, & ſimilium.

Prædictæ Sacra Congregatio reſpondit, permittendum non eſse, vt vllam, vel minimam portionem ſibi retineant pro huiuſmodi expenſis: præterquam ſi Eccleſiæ, vel loca pia alios redditus non habeant, quos pro celebrandis Miſſis expendere poſſint.

Decimò, an Sacerdos poſſit ſuſcipere noua Miſsarum onera, etſi oneribus antea ſuſceptis nondum ſatisfacerit.

Ad hoc reſpondit, etſi oneribus antea ſuſceptis Sacerdos non ſatisfacerit, poſse nihi-

nihilominus noua Miſſarum onera ſuſcipere, dummodo infra modicum tempus poſſit omnibus ſatisfacere.

(Quid verò intelligatur per modicum tempus. Ledeſma, & Villalob. quos citat, & ſequitur Dian. *p.2.tr.14 reſol.25.* Cardin. de Lugo *de Euch diſp.21 ſect 2.nu.34.* dicunt intelligi illud, infra quod 50. vel 60. Miſſæ dici poſſunt.

Vndecimò, quid, ſi tribuens eleemoſinam pro Miſſarum celebratione ſciat, & conſentiat, vt illę differantur, donec alijs oneribus ſatisfactum fuerit.

Sac. Congreg. reſpondit, decretum non prohibere, quominùs eo caſu eleemoſinæ accipiantur, pro alijs Miſſis, iuxta conſenſum offerentis, & celebrandis.

De quibus declarationibus vide Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.2. alleg. 24.* Bonac. *de ſacram. diſp. 4.q. vlt. p.7. paragr. 2.* Diana *cit. p.2. tr. 14. reſ. 5.* Card. de Lugo *de Euchar. diſp. 21. ſect. 1.*

Prædictis tamen decretis, nõ obſtantibus, maiorem eleemoſinam poſſunt Sacerdotes recipere pro obligatione dicendi Miſſam ſummo mane, vel ad loca diſtantia, ob maius incommodum, & laborem. Suar. *3. par. diſp. 86. ſect. 2.* Baſſæus *V. Miſſa VII. nu. 10.* Homob. *de exam. Eccleſ. tom. 1. tr. 4. qu. 120.*

Similiter pro Miſſa ſolemni maior eleemoſina aſſignari, & recipi poteſt, quàm pro Miſsa priuata. Item pro Miſſa cum officio defunctorum Et in die Natiuitatis Domini pro tribus Miſſis tria ſtupendia celebrantes poſſunt

poſſunt recipere Ita DD. ſupra cit. Tandem in diebus feſtis poſſe Sacerdotem duplum eleemoſinæ, quæ alijs diebus dari conſueuit recipere, tenent Suar *loc. cit.* & Bonac. *cit. diſp.4.queſt. vlt. punct.7. nu.* 13 Vbi addit in Diœceſana ſynodo Mediolanen. III. ita præſcriptum eſſe, idquè paſſim vſu receptum.

Sed quæres. *Virum Sacerdos, cui non incumbit obligatio celebrandi, poſſit ſeparare fructus ſacrificij ex opere operato, applicando vni fructum, v. g. impetrationis, alteri ſatisfactionis?*

Reſpondeo, Sacerdotem, qui non tenetur celebrare, ad certam aliquam intentionem, poſſe ſeparare fructus ſacrificij applicando vni fructum propitiationis, vel impetrationis, alteri ſatisfactionis, idque decreto Sac. Cong. non aduerſari; dummodo pro tali ſeparatione, & applicatione nullum ſtipendium recipiat. Ita Coninch *tom.1 q 83 dub.* 10.*n.*195. Dia. *par.9. tr.2. reſ.*8. Card. de Lug. *d.*19. *nu.*129. Secus ſtatuendum, ſi Sacerdos teneatur celebrare pro peculiari alterius intentione.

Supereſt alia difficultas reſoluenda, *Vtrum Sacerdos, adſtrictus obligatione celebrandi pro peculiari alterius intentione, teneatur illi applicare fructus omnes tam ex opere operato, quam operantis; ità vt nullam orationem poſſit applicare alteri.* Affirmant Vaſquez *tom.2. in 3. par. diſt.171 nu.36.* Bonac. *de Sacram. diſt.4. quæſt. vlt. par.7. § 7 nu.*15. Tambur. *de ſacriſ. lib 3. c.1. n.3. & 4.* afferentes Sacerdotem in propoſito caſu teneri applica-

re,

re, illi qui eleemoſinam dedit, fructus omnes tam ex opere operato, quàm operantis, quorum eſt capax, ac proinde nullam orationem, ſeu collectam in ea Miſsa poſse alteri applicare Contrarium tamen defendũt Coninch *cit. dub.* 10 *nu.* 191. Dian. *cit reſ.* 8. Hurtad apud Tambur. *l. c. num* 39. poſſe Sacerdotem in ea Miſsa inſerere orationem, ſeu collectam pro altero; ſicuti eidem liberum eſt in Memento orare pro alio.

Addit Dian *p.* 1. *tr.* 14 *reſ* 28. ex Naldo in *ſum. V Miſsa. nu.* 7. quibus nouiſſimè ſuſcribit Georgius Gobat *de ſacrif. caſ.* 17. *num.* 585. Capellanos, qui tenentur quotidiè celebrare pro fundatoris anima, poſse bona conſcientia, ex rationabiliter præſumpta eiuſdem fundatoris voluntate, ob aliquam neceſſitatem, quater, quinque, aut ſexies in anno pro ſe ipſis, vel cognatis, aut benefactoribus ſacrificare dummodo nullum ſtipendium recipiant.

Ceterùm vnum adhuc mihi videtur à te, Lector beneuole, deſiderari, Vt clarius explicem. Quęnam actiones ſint in Miſsa, ex quibus proueniunt fructus ex opere operato, & quanam illa, ex quibus dimanant fructus ex opere operantis.

Etſi ſatis hæc phraſis mihi videatur explicata ſupra *in Director. capitul.* 31. *numer.* 184. Nihilominùs vt voti compos efficiaris, hic rurſus explicabo.

Ex opere operato, prout ad hanc materiã ſpectat, ſignificat ex ipſa actione Sacrificij, & ex vi inſtitutionis Chriſti, ſine vllo reſpe-

reſpectu ad dignitatem, vel meritū ſacrificantis. Ex opere verò operātis ſignificat ex dignitate, & merito miniſtri ſacrificantis.

Igitur in actione Miſsæ fructus, qui proueniunt ex conſecratione applicata. ſeu nō applicata alicui, aut aliquibus, aut nulli: itēquè ex ſacræ hoſtiæ ſumptione, dicuntur fructus ex opere operato, ideſt, inſtituto, & quodammodo iam pridem peracto à Chriſto. Fructus verò, qui dimanant ex ipſa Miſsa celebratione, hoc eſt, ex Acceſsu, Introitu, hymno Angelico, Symbolo, orationibus, Epiſtola, Euangelio, & vniuerſim ex omnibus verbis, & actionibus ſacrificantis, præterquam ex conſecratione, & ſumptione, ſunt, & nuncupantur fructus ex opere operantis Vide Suarez *tom. 3. in 3. p. diſp. 7. ſect. 1.* ex communi.

Poſtremò pro coronide hic celebrantium memoriæ ſuggerere, quod ab Auctore grauiſſimo didici, non abs re duxi, ſcilicèt piè admodum, ac fructuosè ſe facturos ſi in Memento (quod fieri non debet in Memento) poſt viuorum commendationem, rogent Deum, vt ſacrificij fructus eos diſtribuat, prout ipſe nouit eos obligari. In altero autem Memento (in memoriam quinq; vulnerum illius, quem manibus tractant) ſint memores illarum quinque animarum, quæ omnium proximæ ingreſsuræ ſunt Cœlum: Tum illarum quinque, quæ magis ſuffragis ſunt deſtitutæ. Nā priores quinque ſtatim ſupplicabunt Deo pro compenſatione ſibi impenſæ charitatis. Poſteriores idipſum

tantò

tantò impenſiùs facient, quantò clariùs co. gnoſcent, ſe illis ſingulariter ſui liberationem debere.

Et hæc ſatis pro inſtructione ſacerdotum circa Ritus, & cæremonias in celebratione Miſſæ ſeruandas Qui plura deſiderat, videat Gauantum Arnaldum, Paſqualigum, & alios, qui fuſè, & doctè de hac re pertractant.

Laus, Virtus, & Gloria ſit ſummo Sacerdoti Chriſto IESV. Benedictio, & honoi Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ, ac Ioſephc ſanctiſſimo eiuſdem Sponſo.

FINIS.

Franciſcus Coli correxit.

ORATIONES

Dicendæ ante celebrationem Miſſæ Sacerdotibus verò eas recitantibus Greg. XIII. Indulgentiam 50. annorum conceſſit.

EGo volo celebrare Miſſam, & conficere corpus, & ſanguinem Domini Noſtri IESV CHRISTI, iuxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad laudem omnipotentis Dei, totiuſqué Curiæ triumphantis; ad vtilitatem meam, totiuſquè Curiæ militantis; pro omnibus, qui ſe commendauerunt orationibus meis in genere, & in ſpecie, & pro fælici ſtatu ſanctæ Romanæ Eccleſię. Amen.

GAudium cum pace, emendationem vitæ, ſpatium veræ pænitentiæ, gloriam, & conſolationionem Sancti Spiritus, perſeuerantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. Amen.

Liber continens
in se oēs Errores
damnatos a SS. Pa:
tribus et Doctoribus
quoad Examen Ordinan
dorum sequentia quo
ad scrupulos Mei
Francisci Maurij
Laurentii de Sto Plan

TRACTATVS
DE SCRVPVLIS,

Quid ſint, à quo originem trahant, quibus remedijs curentur, & an ſit bonum contra ſcrupulos operari, quando qui s ab eis ſe liberum reddere haud valet.

Opus tam vtile, quàm neceſſarium & Confeſſarijs, & Pœnitentibus.

EX IOSEPHO GABRINO

Sacræ Theologiæ Doctoræ, nec non Sacræ Inquiſit. Venet Conſult. Gener. vulgari idiomate datum luci.

Nunc vero à FRANCISCO COLI LVCENSE, e vernacula in Latinam linguam traslatum.

Illuſtriſs. ac admodum Reu. Dominæ

ELISABET CONTARINI

In Sacro Virginum Monaſterio Digniſſimæ Moniali dicatum.

VENETIIS, M. DC. XCIV.

Typis Antonij Tiuani.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMÆ,

Ac admodum Reuer.

DOMINÆ.

PAruus hic Liber Scrupulorum remedia continens ad vmbram validæ tuæ protectionis recurrit, Illuſtriſſima, ac admodum Reuerenda Domina, non vt tuæ tam claræ ac perlucidæ menti afferat candorem, ſed vt tu illi faueas, & ab obtrectatorum dente defendas. Quæ ne ſpes eum fallat, fas eſt te meminiſſe priſtinæ, ac præſentis tuæ domus gloriæ, tam in toga, quam in armis, pariterque in Principatu

huius præclariſſimæ reip. admini-
ſtratione fulgentis, vt talis radi-
cis germen, tu maiorum exemplo
miſeros attollere, ac in via ſalutis
ſcrupulorum grauamine iam de-
bilitatos manuducere addiſcas.
Sed ſcrupulum habeo tuas iam
mundanæ gloriæ obturatas aures
his refricando memorijs, timens
ne Dæmon, dum ſcrupulis reme-
dia præbemus, aliquid in tua
mente vanæ gloriæ reſpergat. Vi-
ue igitur felix, & ſi tanta operati
ſunt Proaui tui ad reipublicæ
ſubſtentationem; Tu ad anima-
rum ſalutem hæc medicamina in
cordibus Chriſticolarum, iam fi-
de ſatis, ſuperſemina. Hoc & ti-
bi ad famam in hoc ſæculo, & in
alio ad gloriam proderit. Vale.

Venet. Idib. April. 1686.

Deuotiſs. ex Humill. Seruus

Stephanus Curti.

PIE

PIE
LECTOR.

SI Scrupuli, vt à tua exulent mente percupis Pie Lector, hunc perlege libellum, quo abſque tuæ conſcientiæ ſcrupulo ipſum falles Dæmon, qui his minutis lapillis magnum excitat ædificium. Obſtinati homines, ſibi ipſis nimium confidentes, optimis ſurdaſtri conſilijs, imo aliquando vel ipſis Confeſſarijs aduerſantes, ſimiles illis ſunt viatoribus, qui primæ, cui occurrunt cauponæ, ſe ſe accomodant. Si huius libelli paginas ſubcernes, excrementum Dæmoni, tibi farinæ florem recolliges; illi paleas, tibi frumentum, quod in terram bonam, non ſuper

petram, aut vepres ſeminatum, vt in Euangelio legitur, centuplicatum bonorum operum fructum præſtabit, animamque his leuibus repurgatam maculis reddes, quæ maculæ, quamuis tenui habitu confectæ, ſpeculum perſæpe deuotionis obnubilant, Lætus ideo opuſculum hoc amplectere, quod à claſſico auctore ad Dei gloriam, & animarum ſalutem confectum eſt. Viue felix,

QVID

QVID SIT SCRVPVLVS.

CAP. I.

1 SCrupulus quidam eſt timor, qui à leui fundamento originem trahit. Idcirco ſcrupuloſi illi ſunt, qui de omni quaque re, vel minima dubitant. *Sanchez Azor. & alij*. Differt à ſcrupulo dubium, namque Dubium veriſimili ratione intellectum impedit ne magis ad vnam, quam ad aliam partem inclinet. Sed ſcrupulus ſuo, vel minimo impulſu ſolum apparente aliquid intellectui oſtendit contra illud de quo dubitat, vel certa ſcientia, ac Fide, vel opinione notum eſt. *Rodr. Nauar.*

A quo Scrupuli Originem habeant. Cap. II.

2 Scrupuli à multis oriuntur cauſis, & 1. à frigida, & biliosa corporis diſpoſitione, quæ reddit hominem timore, ac pauore re-

pletum in his, de quibus timendum nō eſt. Itaqua ſæpe accidit quod ſcrupuloſi dubia aliena ſoluant, dum magis illaqueātur ſuis.

2 Ab Ignorantia, ob quam homo verum à falſo non diſcernit.

3 A Dæmonis ſuggeſtione, quippe qui noſtræ eſt quietis deſtructor.

4 A corpore nimium vigilijs, alijſq; laboribus defaticato, grauibuſq; curis inuoluto, quæ cerebrum exiccant, menſq; turbatur, & hinc occaſio ſcrupulorum emanat.

5 A ſcrupuloſorum conuerſatione, hominumque animi abiecti, ac vilis, nam ſicuti bonorum ſocietas bonum reddit, & malorum familiaritas malum, ſic ſcrupuloſorum cohabitatio ſcrupulos parit.

6 A Superbia, quæ non ſolum omnium peccatorum ſons, & origo eſt, ſed aliquando ſcrupulis, quos ipſa gignit, animum cruciat. *Bonac. Naur. Azor.*

7 A peccato habituali, odij, vel ambitionis, vel amoris inordinati, &c.

Generalia remedia ad tollendos Scrupulos.
Cap. III.

1 Multa ad tollendos ſcrupulos adſunt remedia, quorum primum eſt oratio, aliaq; opera bona, quæ ad Diuinam gratiam diſponunt, quà mediante, ſuum in nobis Deus conferat auxilium, quo liberi, ac tuti à tam grauibus curis efficiamur. Pariterq; Sanctiſſimæ Virginis, Sanctorum aduocatorū patrocinium, atq; ad pios homines recurſus humilitate, ac fide, his nāq; medijs Deus il-

lis

lis ſuam elargietur gratiam, cum omne bonum perfectum deſurſum ſit. *S. Iab. Apoſt.*

4 Si ſcrupulorū origo erit a cauſa naturali veluti à mœrore, vel nimia animi afflictione aut corporis debilitate, vigilijs, curis, atq; laborib. &c. hæc moderate reſecanda fas eſt.

5 Scrupuloſi dubia ſemper in melius interpetranda ſunt, ac in patientis fauorem, nam à minima cauſa graue ſubſtinere damnum minime oportet. *Bonac. Ealliuc. & alij* Sicuti in dubijs ſemper adiudicatur in fauorem libertatem poſſidentis *de reg. iur. in 6.* ſic in ſcrupulorum materia ſemper in ſcrupuloſi fauorem iudicari debet. *Bonac.*

6 Si quis dubitet an conſenſum dediſſe, vel ſi plenam aduertentiā habuiſſe in malis cogitationibus, alijſq; externis operibus, iudicandū eſt ſecundum communem Doctorum regulam, quando de moroſa delectatione ſermonem habent, duas hominum qualitates ponentes. Aliqui Dei timorem habent, qui cum animæ ſuæ curam habent conſenſum præbere non ſolent, hij credant fas eſt ſe non dediſſe conſenſum, ac per conſequens non peccaſſe. Si verò homines ſunt, qui facili negotio conſenſum præſtent, & vt plurimum de animæ ſalute non curent, ij cum ſcrupulis non afficiantur, credi poteſt conſenſum dediſſe. *Portel.*

7 Oportet ſcrupuloſū rationibus piæ, ac doctæ perſonæ acquieſcere, ſed multo magis Confeſſarij ſui conſilio, alio modo ſcrupuli centuplicant, nec ab illis ſe vnquā liberum reddit *Az.* Imò Nau. affirmat Peni-

tentem ſcrupuloſum peccare ſaltem venia- liter quando ſui Confeſſarij conſilijs non ac- quieſcit; Alij addunt quod quando Confeſ- ſarius non eſſet ad modum doctus, haberi debet prodocto tutta conſcientia, nam pro tali habetur ab Ordinario qui eum appro- bauit, & hoc ſufficere debet Quare ſi aliter faciant ſe ipſos, ac Confeſſarios pertur- bant. Addit Nauar. non teneri alium quæ- rere Confeſſarium, vt cum illo de ſtatu ſuæ conſcientiæ ſermonem habeant.

8 Hoc tamen memoria teneant ſcrupuloſi ſe debere Confeſſario obedire, & quidquid illis ab ipſo impoſitum erit perficere; nam obedientia ſuo Confeſſario conditio neceſ- ſaria eſt, quæ in pænitente requiritur, quod omnes vno ore affirmant Doctores; & ſi in minimo reluctant veniali, ſi in re graui mor- tali, ſe obſtringunt culpa. Quidquid igitur Cōfeſſarius perſuadet exequatur ſcrupulo- ſus ne venialiter peccet, & ne ſe periculo exponat peccandi mortaliter. Illi igitur om- ni ſimplicitate pareat, nam ſi doctus eſt, cō- ſiliumq; rectum præbet, ſcrupuloſus tutus manet, eò quod bene operatur Si vero Cō- feſſarius inexpertus eſt, nec tam prudens in ſconſilijs dandis, illius obſequatur pænitens voluntatem, nam pariter bene facit, abſq; uæ conſcientiæ æſione. præſtando obedien- tiam, quæ oculis carere debet; ideſt abſque curioſitate expiſcandi rationes illarum re- rum quæ illi impoſitæ ſunt *San. Franc.*

9 Inſuper ſufficit, vt nimium ſcrupuloſi de his tantum cōfiteantur, quæ certo ſciunt

eſſe mortalia. *Ita Azor. Vaſq. Emm. Sá. & alij.*
Qui aſſerunt ſcrupuloſos poſſe reticere venialia pręter illa quę eſſe mortalia iurarent.

10 Quando vero in dubio ſunt an conſenſum dediſſe, vel non, nec certum iuramentum abſumerent ſe conſenſum dediſſe, tuti ſunt in conſcientia quamquam de illis non confiteantur. *Sá Vaſq. & alij.*

11 Facta Confeſſione ſibi perſuadeant ſcrupuloſi ſe recte Confeſſos eſſe, nec ad Confeſſarium redeant, niſi quando certi ſunt de culpa aliqua lethali haud Confeſſario manifeſtata, omnemq; expellant timorem, pro certo habentes illa dubia ab errore non oriri, ſed à propria imbecillitate, aut mærore. *Gaet. Dian & alij.*

12 Quando Confeſſario clarum eſt pænitentem feciſſe quandam mediam diligentiam vt integre confiteretur, non permittat ſcrupuloſum confiteri de peccatis illis, de quibus dubitat ſe non confeſsum eſse in tranſactis confeſſionibus. *Sá Sanch. Bonac. & alij.*

13 Confeſsarius nullo modo permittere debet tales ſcrupuloſus iterum ſumittere clauibus quæ alias confeſſi ſunt, quamquam afflictionem ſumant nam timor, quem habent tantum valet quantum ſecurritas viri quieti, ac timorati, nam conſentiendo vni iſtorum, aures illi præbendo in Confeſſione; occaſio ſcrupulorum non delebitur. *Bonac. Sanch. Henr. Sá, Claris regia, Vaſquez, Azor. Becan. Reginal. Filliuc. & alij.*

14 Aduerte tamen debere ſecum his cō-

feſſarium prudentem oſtendere,ac qualitatem pænitentis perpendere,ac ſimul præparationem, quam ad confeſſionem præmiſit conſiderare,& tanto magis ſi Confeſſio erit generalis, & pariter iudicare an pænitens iuſtam cauſam habeat ſe ſe irrequietū reddendi, an verò ſi moleſtia ſua ſcrupulum ſapiat, nam perſæpe Dæmon ipſe conſcientias flagellat,ac Confeſſiones perturbat, & ideo Confeſſarius conſideratis circumſtantijs iudicare poteſt in fauorem ſcrupuloſi, de re illa, de qua moleſtiam pænitens ſuſcipit, aſſerendo peccatum illud confeſſum fuiſſe cum alijs,in tranſactis confeſſionibus, & illud manifeſtaſſe non recordetur. *Sanc. Portel.*

15 Si iam dictus ſcrupuloſus perſiſtit in voluntate confitendi peccatum antea confeſſum audiri non debet,nam dicto illo,vel de alio ſcrupulum habebit,& toties ad cōfeſſarium redibit quò ad totam repetat confeſſionem, & tandem maiori vexabitur moleſtia,quam antea. Idcirco ſcrupuloſus Confeſſario obediat, & ita ſcrupulos abiget, & ſi tam cito non valet ſe ab eis alienare, amore Dei curam ſubſtineat; & pro certo habeat moleſtiā illam,quam ſuffert, vt ſupra dixi, exiſtimans ſe male confeſſum, tantum illi prodeſſe, quod valeat ad illum bene confeſſum reddendum, ac in conſcientia tutum, vti ſunt illi, qui facta quandam media, requiſita præparationem in recolligendo peccata, cōfeſſi ſunt, & quieti viuunt, ac de confeſſione ſecuri;

Bonacina

Bonacina, & ſupra citati Doctores.

16 Nec minus debet ſcrupuloſus tranſactas confeſſiones repetere, quamuis dubitet à Confeſſario ſua peccata non intellecta fuiſſe, vel ab eo recta conſilia non recepiſſe. *Bonac. Becan. Regin. &c.*

17 Nec pariter audiri debent ſcrupuloſi ante confeſſionem ſub pretextu conſilij capiundi, vel vt melius intelligantur in confeſſione; aliter numquam ſcrupulos reſecabimus. Imò oportet vt Confeſſarius eos reprehendat, eis terrorem incutiat, imponendo illis vt tales ſcrupulos reticeant, nec clauibus ſubmittant, & potius optima remedia, & opportuna quærant, quibus ipſos à tali infirmitate ſubleuent. *Bonac.* Nec fas eſt multas adducere rationes, vt eos conuincant, nam à multiplici ratione ſcrupulorum anſam accipiunt, & tanto magis in illis, excreſcit inſania. Eos igitur paruis dimittant verbis, aſſerendo eorum ſcrupulos male fũdatos eſſe, eoſque mærore, ac triſtitia laborare, ac lucida carere mente. Nam ab ſuis repulſis ſuum recognoſcẽnt errorem, cum ſit quod vexatio dat intellectum. *Rodr.*

18 Confeſſarius ſcrupuloſum admoneat, omne non eſſe peccatũ mortale, & ipſe tenetur, hoc credere, & quando dubitat conſenſum dediſſe, vel non negatiuam partem ſequi poteſt, quando certum non ſit. Quando verò ſcrupuloſus credit aliquid eſſe ſcrupulum, poteſt hanc opinionem refellere; nam cum ipſe ſcrupuloſus ſit, vti talis cauſam, & rationem ſufficientẽ habet opinionem

nem probabilem formandi, quod illud ſit ſcrupulus; & ſane opinionem licitè ſequi poteſt vti probabilem exiſtimans illud tale non eſse peccatum. *Bonac. Azor. Sanch.*

Remedia particularia ad abigendos ſcrupulos.
Cap IV.

19 Nimia ſcrupuloſitate laborantes antequam diuinis laudibus initium dēt, benè, & attentè eas recitandi proponant, quando verò ſe abſtractos eſse cognoſcant, attētionem reſumant, recitationem proſequentes abſque nulla antedicti repetitione, & hoc vnaquaq; vice faciāt quādo ſe ſe ab attētione ab alienatos, conſiderāt & poſt totalē, & cōpletā recitationē aduertāt ſe ſemper abſtractos fuiſse, abſq; ſuę voluntatis cōſenſu, credant, ac pro certo habeant ſe ſuæ obligationi ſatisfeciſſe illius primæ intentionis virtute, ac determinationis ante recitationē factæ. nā in hac mortali vita attentio actualis, in noſtra non reperitur poteſtate, & vt plurimum in omni re haud haberi poteſt, *ita Portel* Vnde *Azor.* ſcrupoloſis hoc cōſilium dat, ne officium repetant; nam ſi repetant ſcrupulis anſām præbent, & maiori afficientur moleſtia Ita tenet *Suar S Thom. ac Nauar. cit. & alios*; & ſi pro ſecunda, ac tertia vice repetant attētio ſemper ruet in peius, ipſique continuo, vndantes erunt in curis; vna tantum vice recitent meliori quo poſsunt modo, ſibique acquieſcant, & credant ſe ſatisfeciſſe. Nam melius eſt de illa

modi-

modica abſtractione vel negligentia in oratione, vel diuino officio perſoluendo adhibita dolorē haberem, quam plurima inquietudine, ac animi corporiſque fractione, quæ à repetendo diuinum officiū oritur, vexari. *Rodriq* & ideò minimè bonum eſt ſcrupuloſos officium repetere nec in totū, nec in partem, credant ergo propoſitum, ac intentionem illam, quam ante habuere benè recitādi officium, vel attentè orādi, ſufficere, quamuis hæc intentio ſupradicta elicita eſset duobus; vel tribus ante diebus; Nam aſserunt Theologi quod in materia Sacramentorum, ad conſecrandam Hoſtiam in tremendo Miſsæ ſacrificio, ſufficere intentionem virtualē, virtute illius actualis, quā Sacerdos habuit quando conſecrare propoſuit; & vel ſi ea duobus, vel tribus diebus ante emiſsa eſset, eodem modo verè conſecraret quamquā in actu conſecrationis abſtractus eſset; Multo magis id ſat erit in orādo, vel in diuino officio peragendo, quamuis poſtea in actu recitandi, vel orandi mente vagetur, dūmodò vagatio non ſit voluntaria. *Portel*. quod ſubnotato confirmatur exemplo. Conſentiunt communiter Theologi quod ſi duo homines hodie propoſitum facerent vnus occidēdi Petrum Sacerdotem, & alius fornicandi, tranſactis verò duobus, vel tribus diebus primus ſe inebriauit, ſi dum ebrius eſt Petrū ſacerdotem occidit, peccat mortaliter, & excommunicationem incurrit. Alteri dormienti actus impurus accidit, peccat iſte pariter mortaliter

illius

illius propoſiti, ac primæ intentionis virtute, & tamen in illis actibus iudicio carebāt Igitur Dominus noſter quia ſua infinita pietate multo magis propenſus eſt ad noſtra bona opera accipienda, quam ad mala fornicationis,& homicidij caſtigāda,ſi mala hæc ſine actuali intētione, ſed ſolo antecedendi propoſito facta Deum offendūt,& qui ea comiſit æternè damnatur,quāto magis vt bonum opus reſpiciet orationem, atque officia Diuina, antecedenti propoſito illa bene dicendi, prolata, quamquam intentio noſtra in illis dicendis inuoluntariè abſtracta eſſet; addo inſuper quod recitādo nec dormimus,nec ebrij ſumus. *Portel.*

20 In Choro qui ſubmiſsa voce recitat, & aliam partem clarè, & eleuatè recitantem attente auſculat ſuo ſatisfacit Officio. *Suarez*, *& alij*.

21 Qui alijs aurem præberet, ſed minime recitaret, non ſatisfaceret, nam obligatio eſt recitandi, non audiendi. *Bonac.*

22 Qui ſuam partem pronunciat, & ad aliam partem attendit, ſed non audit aurium vitio, vel alio impedimento, ſatisfacit nam cum alijs recitat. *Sà*, *& Lezan.*

23 Qui aliquid omitteret in recitando, vel ſero ad Chorum veniret cum alijs recitare debet & vltimo repetere quod non dixit cauſa omiſſionis, vel tarditatis. *Cand. Lezan. Bonac. & alij.*

24 Ita ſatisfaciunt etiam ij qui in curis ad Chorum pertinentibus occupati dū officium cantatur, vt ille qui incenſat, qui ſolia

Libro-

Librorum euoluit, qui Organa pulſat, vel Campanas, qui lectiones præparat quas cātare debet, eo quod prius hoc neſciuit, & alijs ſimilibus inuoluti, quæ non poterant, vel non debebant ante Officium facere, ſed Officij neceſſitate, vel fortuitu perincidunt. *Nau. Sanch. Sot. Lezan.*

25 Qui graui vexantur infirmitate, ita à Medico exiſtimati, quam vis aliquando iocentur, & conuerſentur, non tenentur ideò Officium recitare, nam cum amicis iocari, ac conuerſari animum ſubleuat, ac Officiū recitare attentionem requirit; vnde debilitatum caput moleſtiam ſuſcipit, quod in confabulando non accidit. *Sancius*, *Lezan.*

26 Qui Humana fragilitate aliquid in perſoluendis horis Canonicis omiſerunt. Oratione illa, quæ incipit *Sacroſancta*, *&c.* quæ in fine Officij dici ſolet, conceſſione Leon. X. viuæ vocis oraculi, ſatisfaciūt illis minimis culpis, nam hoc indultum non fuit per Vrbanum reuocatum cum ſit pro omnibus Chriſti fidelibus. *Teod. Strat. & Lezan.* Qui inſuper obſeruant ſupradictā Orationem *Sacroſancta* recitari debe e pro fælici ſtatu Sanctæ Matris Eccleſiæ, nec non Summi Pontificis, qui tali mediante Oratione, culpas humana fragilitate commiſsas in recitando, remittit. Sed non illas, quæ mortali peccato non vacant; v. g quando Officium non recitatur integrum, vel abſque debita attentione perſoluitur confabulando, ridendo &c. vt in

capite

capite tertiò dictum fuit .

27 Qui nimia blaſphemãdi tentatione, vel turpium in Deũ, vel in ſanctos cogitatione laborant, vel contra fidem, charitatem, & alia diuerſis occaſionibus, & tẽporibus, & præcipue in recitãdo officium, vel in Miſsa peragenda, ij ſcire debent quod vbi diſplicentia adeſt, neque conſenſum, neque peccatum reperitur, & illa moleſtia atque vexatio, qua in ſimili occaſione perſtringũtur ſuum propriũ eſse meritũ, peccatiq; mortificatio. Idcirco neq; orationem neque contemplationem, neq; aliud opus bonũ omittere debent; Imò pro certo habeant, ſe talibus tentationibus conſenſum nõ dare; haud credi debet illum velle peccare, & Deum, ſuoſque ſanctos offendere, eiſque iniuriam facere, dum orando, illos actualiter laudat; de hac igitur tentatione nemo ſibi faſtidiũ ſumat, dum impoſſibile ſit illam reijcere, quippe quę vẽto ſimilis tranſit, nec eam retinere quis poteſt. Suis oportet orationibus nauare operam, aurem tentationibus non præbendo, ſed eas cõtemnendo, & infernalem inimicum, qui eas ſuggerit, ſubſanando. Qui vti elatus ſuperbia videns ſe ſuis cum ſpurcitijs cõculcatum, haud ſubſtinere poterit, fugamq; arripiet. Caueant ſolummodo ſcrupuloſi rebus his otio, aut curioſitate cauſam culpabilem non præbere, videlicet nimio aſpectu, nimio labore, nimia vigilia, ſuperbia, & ſimili, in quibus modi ratione vti fas eſt occaſiones abijciendo, humilitatem exercendo, & à Domino noſtro auxilia

expe-

expectando, gratiamque à tali cura liberationis expoſtulando ſi expediens erit. *Gerſ. Rodriq. Vaſq Nauar Azor.*

28 Procedunt à peccato habituali nonulli ſcrupuli veluti ab odio, ambitione, inordinato amoreque his verè ſcrupuli non ſunt, ſed potius in peccato perſiſtendi deſideria abſq; cõſcientię ſuę afflictione, v.g Aliquis offenſus fuit ab homine, cui ſe iniuriam remiſiſse aſſerit, ſed offenſorem ſalutare negat; & tandem ſalutare obſequium eſt cõmune, & ideò neceſſarium: quo negato, malum aliquod euenire poteſt. *Tol. & aliy communiter*. Alter ille mulierem amat, ad eam viſendã ſe ſe fert dum poteſt, illi obſequia præſtat, munera, litteraſq; mittit, tabellarij currũt, de illa ſemper, vel perſæpe cogitat, voluntas incenditur, ſuſpicio, ac zelotipia, exoritur, timore cruciatur, oratio abſtracta remanet, ac mortificata, ſi in totũ cura illa non extinguitur; ſtudium ſuum eſt in libris, qui vulgo *Romanzi* dicuntur. è quibus cartas componat amatorias, & hinc mala deſideria, immundæ curæ, & alia permulta illicita oriuntur, abſque reſpectu ad offenſam Dei, ad animæ ſuę damnationem, ad proximi ſcandalum, ad vitæ, vel honoris periculum cum propriæ rei familiaris deſtructione, hinc inſuper odia, iræ, rixæ, zelotipiæ, & multa alia mala innumerabilia procedunt, vltra conſcientiæ ſtimulum, quod paruipendi non debet, à quo vt ſe liberos reddant, homines doctos queritant à quibus ſecuri vellent fieri hæc a peccatis abeſse. Et

quam

quãuis ipſa talis perſona mulier eſser viro deſponſata gradu,ac conditione ſponſæ illo altiori; non reperiens in tali caſu qui ei curam adimat, non ſcrupulus, ſed culpa eã moleſtat, atque cruciat, & vel ſi in alijs rebus doctũm reperiret hominem,ſed ipſa laborantem paſſione, qui ei largum præberet iter, atq; craſsam conſcientiam aliqua apparenti doctrina,aliquantulũ vexatio quieſceret ſed conſcientiæ vermis adhuc viueret,& tandẽ tam conſulens lumine captus, quam cliens cæcus in infernalem foueam ruerent, dummodo emendatio non ſequta eſset Ita Chriſtus clare inquit cæcus autẽ ſi cæco ducatum præſtet ambo in foueam cadunt.*Matth.*Ideò mentis oculos aperire, opus eſt, ſuamque recognoſcere conditionem,& amores inordinatos, ambitionem, curioſitatem, & tandem omnia his ſimilia reſecare, quæ ſcrupulorum cauſa proxima eſse poſsunt, & culparum, quod eueniet apprimè Deum amando totis viribus per ſe ipſum, ac proximum ſuum in ordine ad Deum, & amicos amore Dei.

29 Scrupulos omnes,ac tentationes circa prædeſtinationẽ, ac reprobationẽ abijcere fas eſt,& ad alia animum vertere,nam ſi dũ viuimus,tanto magis in mortis articulo,vbi maius periculum, & grauiores adſunt tẽtationes,nos moleſtia afficient In Deo ſpem ſuam ponere licet,qui omnibus occurrit,& ſuccurrit illis ideò qui ſuæ volũtatis acquieſcunt, ac ipſi ſe conformant, ſua obſeruando mandata,nam ſecundũ opera noſtra iudicium

dicium feret, ac iuxta promiſſionem, quam illa obſeruanti fecit. Etiam præſcitus ſeruire Deo tenetur, eiq; ſe obedientem reddere ob eiuſdem excellentiæ virtutē, à cuius miſericordia tot in hac vita beneficia recepit, & poſt mortem in Inferno eum ad pœnas minores deſtinabit, ſi tanta non comiſerit peccata Debet inſuper animaduertere Deū magis ad pietatē, quā ad iuſtitiam eſſe propenſum, quia non vult mortē peccatoris, nec eius damnationem, ſed potius omnium ſaluti inuigilat, & in cœlo cū Angelis lætatur, quando ad pœnitentiā peccator aliquis recurrit, *Luc*. Et quamuis præſcitus ſuum neſciat vltimū finem benefacere non debet omittere, nam certiſſimum eſt, quod ſi bene faciet bonū ſi male faciet malum attendere debet, & vitæ bonæ vt plurimū mors bona reſpōdet, ſicuti malæ mala, raroque contrarium euenit *Gerſ*. Nihil patitur turbationis cogitando de prædeſtinatione, vel reprobatione qui firmè credit Dei iudicia eſſe iuſta, nec in tali reuoltitur curioſitate. Credamus licet Deum in omni opere ſuo iuſtitiam exercere, & dum nos à poſſeſſione gloriæ ſuæ deturbat, hoc euenire peccatis noſtris, & ſola ſua pietate nos Paradiſo donare. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. *Dauid*.

30 Alij vero quietem amittunt, eò quod in oratione, vel in alijs ſpiritualibus exercitijs deuotionem non ſentiūt, nec lætitiam; imò aridi abſque ſpirituali dulcedine, vel amore diuerſimode infeſtantur, & quaſi de

ſalute

ſalute deſperant, mille ſibi fingunt ineptias, ſibi ipſis, alijſque moleſtiam prębent, neque ſe à via aberraſse, atq; à meta, ad quã quiſque orãdo tendere debet. ſe auerſos ire cognoſcunt Vltimus noſter finis ſoli Deo placere eſse debet, & illius amore bona opera facere, atq; in honorem D.N.I.C pænas ſubire, cum ille tantis afflictionibus pro nobis mortem pertulerit, debemus igitur illi pænitentia & compunctione nos gratos oſtẽdere, & oratione ſeruire, in memoriam noſtram reuocando quod ille in horto mærore cõfectus orationi ſuę initium dediſse his verbis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ, & tantum in orãdo triſtitia creſcebat, quod iam tertio orans, factus in agonia proliſsus ſanguine perſudauit, & quãuis tã grauiter cruciatur ab oratione nõ diſcedebat; *Et factus in agogia proliſsus orabat*. Iddeo & tu ſi orans moleſtia afficeris, te ſimilem Chriſto recognoſce dũ orabat in horto; & hac gratia, qua te Deus in orando ornat, lætare.

31 Inſuper ſi ab oratione lætitiam ſuſcipere cupis tuam quæris ſatisfactionem, & tibimetiſpſi complacere peroptas, non Deo; quod contra principaliorem orationis finem tendit.

32 Item ſi noſter Dominus tanta delectatione cor tuum perfunderet, dum oras, quã ta hac actione remunerare te vult, iam meritum accepiſses, & in alia vita fructũ orationis fruſtra expectares, nã Deus vna vice tantum ſoluit, nec duos habet Paradiſos, vnum in hac, alium in alia vita, ſed vnus ſo-

lus

lus reperitur, & non amplius. Qui roſis, ac lætitijs in hac perfruitur, ſpinas expectet in alia. Idcirco his ſcrupuloſi ne credant ſe ſe mortali culpa illaqueatos, nec ſe flammis damnatos, eò quod in orando ſuauitatẽ nõ ſentiant, nam talis dulcedo, ſuauitas, ac deuotio in orando minime ſigna ſunt gratiæ Dei infallibilia, nec hominem perfectũ reddunt, & è cõtra ſpiritus ariditas, & ab alienatio mentis ab oratione neq; ſigna peccati neque damnationis habẽdę ſunt Quare dubitandum non eſt de exitu noſtro in mortis articulo, ſed omnia amore Dei faciẽda ſunt, omniaq; bene euenient. Verum quidem eſt quod ſuauitas, ac deuotio, qua fruimur in orando, & bene operando viam ad perfectionem aperiunt, ſed aliquando ducunt ad errorem ſuo ipſius amore, nimia cõfidentia, otio, ac vanagloria. Aridus, ac indeuotus, qui pariter bene operatur ſolo amore, & honore Dei, Deo magis placet, quã ille qui in orando ſuauitate perfunditur, nam in vinea Dei maiori difficultate, ac cõtrouerſia laborat. Idcircò maiori præmio dignus erit, & Deus tãdem illius humilitatem, patientiã, ac perſeuerantiam reſpiciens, ei ſuperabundantem lætitiã, & conſolationem donabit, vti Sanctæ Matri Tereſæ Ieſu accidit, quã dicũt ſuper decem, & octo annos ariditate ſpiritus laboraſſe, nec in tanta afflictione ab oratione diſceſſit, nec alia exercitia ſpiritulia deſpexit, omnia amore Dei ſufferendo, ſed tot poſt moleſtias reſpiciens noſter Dominus illius humilitatem, atq; perſeuerantiam,

tiam, ſuper illam abundanti ſuauitate, ac ineffabili dulcedine pluit, vt in eius hiſtoria narratur. Iſti ſanctæ vota ſua ſcrupuloſi præbent, & pro certo habeant huius interceſſione ſe moleſtia carituros. Et ſuper omnia ſe Deo commendent, amore eius bene operantes, & hæc tria ante oculos mentis ſemper habeant. 1. Se eſſe Chriſto ſimiles quando orauit in horto. 2. Quod orare debent non propria ſatisfactione, ſed vt Deo placeant. 3. Quod cum erit eſpediens è Cœlo veniet optata ſuauitas tam pro hac, quã prò alia vita. Hæc tria perpendentes ſe ſe à curis liberos reddent, ac tutiorem quietis locum acquirent. *Gerſ. S. Greg. S. Auguſt. & Hyeronimus.*

Quid agere debeamus contra ſcrupulos vt nos ab illis liberos reddamus.

Cap. V.

33 Tandem ſcrupulos tam certos, quam dubios relinquere fas eſt, nec aliud exiſtimare mortale peccatũ, niſi illud, quod certo eſſe ſcimus. *Sá, Sanch. Bonac. & alij.*

34 Quando cogitationes nimium perdurant, nobis inuitis, conſenſum minimè dediſſe credere debemus, neq; plenam habuiſſe deliberationem. *Becan. Bonac. & alij.*

35 Super omnia ſcrupuloſũ ſuo ſuperiori, vel confeſſario, vel aliį piæ perſonæ credere oportet, ita communiter DD omnes, alio modo nunquam requieſcet, neque à ſcrupulis ſe liberum reddat, imo ſemper æſtuabit in moleſtijs. Fratres minores, moniales,

niales, alijque religioſi cordiferi, qui illorum priuilegijs participes ſunt, ſi ſcrupulis vexentur hoc gaudent indulto à Leone X. conceſſo, ſe tutos eſſe in conſcientia quando determinationi illis à quocumque Prælato de rebus dubijs ad ſuam conſcientiam ſpectantibus, factæ acquieſcunt. *Compend. de Priuil.* Et ideo virtute huius indulti Pōtificij ſupradicti omnes ſunt in conſcientia tuti, ſui confeſſarij determinatiui non reluctantes, nam illi ampla eſt auctoritas. Portellus addit quod ſi ſubditus ſcrupuloſus eſſe doctus, Prælatus vero ignorans, tutus adhuc eſt illi acquieſcendo nam Summus Pontifex hoc dat priuilegium abſque diſtinctione docti, vel indocti.

36 Nota quod quando Confeſſarij docti diuerſis inter ſe ſunt opinionibus, ſed probabilibus tunc ſcrupuloſus commodiorem ſibi, ac aptiorem eligere poteſt *Sanch. cum communis Theologorum opinione*.

37 Scrupuloſus per ſæpe contra ſcrupulos agere debet, vt ſcrupulos extirpet, ita namque illis via præcluditur, ne in animam ingreſſum habeant. Ita qui ſcrupulo angitur in Eccleſiæ pauimento expuendi, non bene confitendi niſi pluries id ipſum confiteatur peccatum, perſæpe in Eccleſia expuere decet, ac vna tantum vice ſuum confiteri peccatum, vt dixi ſuperius; nam ita ſcrupuloſam edomabit conſcientiam, ſeque liberũ reddet. *Bonac. Becan. Sanch plerique alij*.

38 Confeſſarij ſcrupuloſos cōmoneſaciãt ſe teneri contra ſcrupulos agere, argumen-

ta ac rationes ab illis enaſcentia contemnentes, nec illis neq; illorum obiectionibus aures præbentes, procurantes vt ſuis conſilijs obediant, ac determinationi hominum Doctorum, illos de relinquendis ſcrupulis conſulentium, acquieſcant. *Bonac.* & ſi huic ſe non accomodant eos in inſaniam incidiſſe cedi poteſt, vel animæ ſuę quietem non exiſtimare, quia nec Confeſſario, nec Doctorum conſilio acquieſcunt, dum illorum ſalutem quærunt, & potius ſcrupulos, ac ſtultitias ſequuntur, à quibus, vti ab inimicis, perturbantur Animæ, corporaq; detrimento grauiſſimo, alioſque moleſtia afficiunt, ac perſæpæ murmurandi, ac in furorem incidendi alijs etiam anſam prebent.

39 Scrupuli, ſcrupulorumque rationes abijciendi ſunt, eos vilipendendo, ac contra eos faciendo, vt paulatim ſe ab illis homo ſe liberum reperiat in articulo mortis, vel ſaltem vt illa vltima hora fortior ſit ad reſiſtendum, nam ratio ſufficiens haud dari poteſt, qua portam ſcrupulis aperire debeamus, *Bonac. Cord. Sanch. Reginal. & alij.*

40 Verum quidem eſt quod in rebus dubijs, quando verè dubiæ ſunt, tutior pars eligi debet, ſed hoc de ſcrupulis non intelligitur, qui proprie non dicuntur dubia, cum dubij tantum faciem habeant. *Bonac.*

41 Obſerua dubium eſſe illud, quod iudicium occupat, aut conſenſum circa aliquam rem, quæ habetur pro licita perturbat. Et in tali caſu tutior pars eligenda eſt. Scrupulus vero ſuis vanis, & apparentibus ratio-

rationibus iudicium non occupat, neque conſenſum circa rem illam, quæ non ignoratur, aut certò creditur. *Nau. Sanch. Fill. & alij*. Contra hunc operari, eumq; abijcere fas eſt. Qui ſcrupulos extinſit totaliter, vel omninò ſe ab eis liberum adhuc non reddidit peccatum non committit contra eos faciendo. *Bonac. Becan. Sanch Reginal. Em. Sà, Nauar. Laym. & alij*.

42 Adnotant tandem Bonac. & alii tales reperiri ſcrupuloſos qui totaliter ſcrupuloſam conſcientiam non habent, quia tãtummodo de preterito peccato ſcrupulum habent, timentes de non bene facta confeſſione abſq; propoſito in futurum non amplius peccandi. Quibus cum oportet cautiorem eſſe, quam cum aliis Deum offendere timentibus: nam ſupra dictæ rationes non ſunt pro his, vti pro illis, quam vis eorum dubia reſolui debeant opinione mitiori, ſecundum iudicium, ac Confeſſarii prudentiam, qui modum magis expedientem reperit ad illorum animarum ſalutem, ac Dei honorem, qui ſemper & ad ſemper laudetur ab omnibus per ſæcula. Amen.

Circa ſcrupulos in Confeſſione Corolarium. Cap. VI.

43 Tria requiruntur ad peccatũ mortale cõſtituendum. Materia grauis, perfecta aduertentia, ac plena deliberatio, aut conſenſus. Si vel vna ex his deſit, mortale peccatum nõ conficitur Si materia modica eſſet, vel aduertentia imperfecta, aut conſenſus

non totalis, eſset tantum veniale peccatũ: actu peccandi tres ſunt gradus Suggeſtio, delectatio, & conſenſus S. *Aug.* actus peccati formatur ſic. Ante omnia, vel à Dæmone, vel à Mundo, vel à Carne, alicui exteriori, ſenſui noſtri corporis peccati materia repreſentatur, hinc ad ſenſus internos tranſit, veluti ad Phãtaſiam quæ eſt in appêtitu ſenſitiuo delectatio concipitur, indi ad intellectum properat, qui ſi tantum vt vtile commodum id apprehendit, vel delectabile, illud vti tale voluntati ante ponit, illam ad illius deſiderium, ac delectationem impellens, ac voluntas conſenſum præbet, ac in ipſo veluti, vtile, ac delectabile ſibi complacet Voluntas vſque adhuc non peccauit, nam hæc pura ſuggeſtio eſt, ac tentatio; ſed ſi intellectus ipſius actionis malitiam recognoſcit. eo quod contra aliquod Præceptum eſt, aut Dei legem áduerſetur, & hoc perfecte aduertit, & vti tále, illud voluntati iterum reprehẽſentat, quæ plenam porrigit aſſenſionem, in eo complacet mortale peccatum completum eſt. *Azor.* Si actus ille duo haberet deformitates, Intellectus verò vna tantum ex illis recognoſceret, vnum eſset peccatum, v g Aliquis in die, qua tenetur ieiunare cænat, & nimium comedit, ſi ieiunij eſt immemor, contram ſolam temperantiam peccat. *Vaſq.*

44 Aliquando, infirmitatis, aut naturalis indiſpoſitionis ante poſito obiecto potentijs, ſe ſe illæ mouent, ac in actus iræ inuidiæquæ prærumpunt, & tam cito; quod non

eſt

eſt in noſtra poteſtate illius obſiſtere ; nam citius ſunt in opere, quam in cogitatione , tunc ne quidem Clerici percuſsor eſset excommunicatus; hij verè primi dicuntur motus, & de peccato nihil habent; nam intellectus eos non aduertit, nec voluntas eos eſſe malum cognouit. Alij ſunt actus dicti ſecundò primi hij in ſemiplena, ac imperfecta aduertentia, & deliberatione conſiſtut & venialia tantum peccata ſunt. *Azor.*

45 Nonnumquam reperiuntur in mente diuerſæ diuerſi generis cogitationes contra Fidem, in Deum , in proximum. vel ſenſuales,&c. Si homo in illis dimoratur,mentaliter, vel de illis etiam in orando ratiocinetur,illa verò eſse malũ non recognoſcit, non peccat, quia aduertentia, ac deliberatione caret,hoc vocatur peccati ſenſus, ac delectatio, qui ſecundus eſt gradus in actu peccaminoſo,ſed adhuc peccatum non eſt. Si verò intellectus aduertit hoc eſse malum, nec voluntas ei conſenſum præbet, peccatum non committit. Tunc peccatum verè committitur quando Intellectus aduertit actum eſse malum , voluntas conſentit, & de eo delectatur. *D. D.*

46 Conſenſus duplex eſt, expreſsus, & interpretatiuus . Expreſſus eſt quando actualiter conſenſum damus. Interpretatiuus verò quãdo malæ cogitationes,vel aliqua delectatio habetur, nec eis reſiſtitur, nec ab illis nos amouemur . Non qui obmuteſcit quando ad eum ſpectat loqui interpretatiuè acconſentit.

Circa conſenſum regula.
Cap. VII.

47 Sanctus Auguſtinus de graui, ac leui peccato loquens, quod à plano, ſemipleno, ac imperfecto conſenſu pendet, dicit multas dari poſſe regulas, ac coniecturas, ad illud cognoſcendum, ſed non tam certas, quę aliquam non pariant dubietatē; ſolus namque Deus eas diſtinguit, cum ille vnus inter leuia, & grauia iudicet. Certam atq; irrefragabilem regulam D.N I.C. Sanctæ Matri Tereſæ donauit, & eſt horror, & odium quod de peccato, ac peccato habemus. Hoc eſt ſignum charitatis, quod peccatum excludit quare ſcrupuloſus, dum ſcrupuloſus eſt abhorret non ſolum conſenſum, ſed vel vmbram peccati, quando in tentationibus peccandi faſtidium, ac timorem habet, & tunc minime credi poteſt quod conſenſum præbeat.

48 Alias regulas, ac coniecturas exponunt Theologi morales, vna eſt dubietas ſcrupuloſi, an conſenſum dediſſe, vel non, in quo caſu ſemper iudicare debemus cōſenſum non dediſſe, nam conſenſus clariora de ſe reliquiſset veſtigia; & conſtat apertè mentis agitationes in ſcrupuloſis ſemper timorem excitare. *Bardel.*

49 Secunda eſt quando videlicet tentatio hæreticalis, aut blaſphemandi in Deum, in Virginem, in Sanctos. contra fidem; vel motus cenſuales vel inuidiæ, vel cuiuſcumque

fi..t

ſint generis diu perdurant; his ſi homo reſiſtit; poſtquam hoc aduertit, meretur, non peccat, quamuis eas non ſuperet, nam diuturnitas temporis delectatio, ac reſiſtentia non ſunt ſigna ſufficientia pleni conſenſus. *Adrian* Imò *Gaet.* addit in his poſse reperiri aliqua negligentia, ac veniale peccatum, ſi conſenſum dedeſse timeant, & magis videatur illis conſenſe, quam non; plenus ideò non adeſt conſenſus, quia omnis vel mimima reſiſtētia, excuſat à peccato. *Ioſeph. Roſſel.* & hoc aſserit cum fundamento, nam quidquid vel minimum, quod dematur cōſenſui, non eſt perfectus, qualis ad mortale requiritur. Ille qui timorata eſt conſcientia exiſtimatur non dediſse conſenſum; ſed ſi mala eſt cōſcientia conſenſiſse creditur, nā præſuptio grauis à conſuetudine elicitur.

50 Tertia, ſignum probabiliſſimum eſt, & quaſi euidens in hominibus timoratis, quando illius malę cogitationis impulſu ad externa mala committenda non inducuntur, nam quando plenus conſenſus adeſt facilime actus externi committuntur. *Boſs.*

51 Quarta. Si quando tentatio receſſit, peccatum illud, de quo tentabatur, non committeret, ſignum eſt conſenſum defuiſe *Sanc.* nam hæ ſuggeſtiones tam in ſenſu, quam in intellectu ſunt à Dæmonio excitatæ ad conſcientiæ quietem deturbandā, & quamuis aliquis repentinus conſenſus adfuit, vel negligentia ſufficiens ad lethalem culpam non fuit. *Boſs.*

52 Quinta. Ille qui animo firmo non pec-

care propoſuit, exiſtimatur, trāſacta ſuggeſtione, plenum non dediſse conſenſum, nam non tam facilè diligimus, quod tā ſæpe deſpeximus, & quando hoc eſset, quod conſenſum dediſset perfacile cognoſcitur. *Palud* & quanto frequentius tam ante, quam poſt tentationem habuit intentionem Deū non offendendi, & pariter non peccandi, & cum tentatio receſſit, de conſenſu dubitat, tanto magis exiſtimari poteſt plenum non habuiſse conſenſum, ſed quando fumi melancholici, ſeu vterini in fæminis, ad caput adſcendunt, vt *Bard* de Romana virgine narrat, cui ipſum vaporum cauſa ſemper videbatur Deo ac B. Virginis, Angelis, Sanctiſque iraſci, eoſque in corde ſuo oderat, horribilique blaſphemia in illos irruebat, & omniquaque occaſione eos abhorrebat, videbatur namque illi, ſi iter habebat, eos conculcare, aculeos pungere, ſi ſuebat, eos cutello perforare, ſi panem ſecabat, eis corporis ventoſitate, ſalutem dicere, os illorum fetidis replere excrementis, & ſimilia. De quibus grauiter affligtabatur virgo illa, lacrimas effundebat, aſserendo hæc viſiones non eſse, ſed hæc toto corde facere, ac conſenſum præbere; attamen aſserebat cōtrarium velle, & conſenſum dare minimè deſiderare, ſed hoc facere non poſse. Hæc in omni re peccare credebat, nam malæ illæ apprehenſiones originem trahebant ab atre bilis, ac vteris vaporibus, & ideò talibus cum actionibus vſus perfectus rationis, nec conſenſus libertas cohabitare poterat. res

quæ

quæ ad ſemper neceſsaria eſt ad mortale, committendum. Itaque infelix illa aiebat, & conteſtabatur ſe nō valere illas abijcere malas cogitationes, ſe in illos cogi malos actus prorumpere, quamuis talia à ſe non deſiderabantur, & hac ratione nullum cō-mittebat peccatum, imo cum eſset tanto mærore confecta, pietatis digni erat omnes ergo qui talia ſupradicta, vel his ſimilia patiuntur, quamuis eis videatur illa deſiderare, vel eis conſenſum dare, vel peccare, & hoc cum iuramento aſsererent, ſed tamen irrequieti ſunt, de peccato timorem habēt, nec tales cogitationes deſiderant, ij perfecte non conſentiunt, nec mortaliter peccant; nam in ipſomet actu non poteſt bonitas, ſimul ac malitia reperiri, nec minus tantus peccati horror, cum libero ipſius peccati conſenſu cohabitare, vt Sanctæ Tereſæ Chriſtus ait.

53 Obſeſſis à Dæmone, alijſque mœrore, vel ſimili morbo confectis vt Confeſsarius opem præſtet videri poterit Laurentius de Ponte ſuper Matth. 8. nec non Ioſeph Roſs. cap. 15 num. 13. Et ne aliqui exiſtiment obſeſſos à Dęmone eſse damnatos; ſciant ij Auguſt. ac Hyeron. dicere aliquos homines eximiæ virtutis, ac ſanctitatis à ſacratiſſima Dei prouidentia datos fuiſse in Dæmonis poteſtate, abſque vlla illorum culpa vti ipſe Laurētius de Ponte refert de virgine ætate annorum 19 quæ ipſi generaliter confeſsa erat, & in qua pene materiam abſolutionis adinuenit; Dæmon igitur

petiuit à Deo facultatem in illam ingrediendi, eamq; obtinuit. Ingreſsus Sathana per annos 19. in ea ſtetit, in qua ægritudines, graueſq; dolores cauſauit, ſed nunquã ad malitioſe, vel venialiter peccandum eam induxit. Inſuper ipſemet Laurentius refert quod quædam Sancta Monialis querebatur cum Deo, eo quod tantam præbebat facultatem Dæmonibus tot, & tam variis modis iuſtos perſequendi. quæ in extaſim rapta hanc à Deo reſponſionem audiuit. Filia initio naſcentis Eccleſiæ tot animas, martyrio mediante, lucratus, ſed tot etiam amiſi. Tyrannorum, ac ſatellitũ, qui eas cruciabant, nunc martyres facere volo ſine animarum iactura, idcirco Dæmonibus poteſtatem tribuo, vt ex Inferno exeant, corpora crucient, mentiſq; ac corporis homines martyres reddant abſq; ferro, regula, qua vtuntur Dæmones in mentem, corpuſque perturbando, vt in peccata obſeſſi labantur, in Sacra Scriptura clarè patet. Demon, obtenta à Deo facultate, Iob rem abſtulit, vitam filiis eripuit, à capite ad pedes eum lepra vlceranit, tam crudeliter quod à plagis vna cum ſanie vermes ſcatebant, & hoc oderatus eſt Dæmon in corpore Iob humores alterando. ſicuti ergo illius humores alterauit ad eum infirmum reddendo, poteſt æquali modo humores ſedare in humanis corporibus, à tentatione deſiſtere, ac in afflictis, ac ſcrupuloſis quietẽ ſuſcitare. Quare in Angelum lucis aliquando transfiguratus eos fallere, atque ad peccandũ du

cere

cere poteſt,vt ſepius euenit quod ii,poſtea, quam confeſſionem, fecerunt placidè, poſteaquam quiete orauerunt in vanam gloriam ſuperbiam, ambitionem, ac iactantiã elabũtur,ac,ſi de ſe audiunt dicere,quietos eſse,ac ſuauiter oraſse, hunc nunquam ſermonem reſecant;(tentatio diabolica)ſed ſi irrequieti viuunt, en tim deſperationem incidunt, ad excandeſcentiam recurrunt,& orare negant,ne talia patiantur. Vere cæci; inter flagella,ac vigilias afflictiones venãtur;,illam verò moleſtiam, quam Deus eis donat, vt martyres fiant, & tandẽ vt glorię laureolam adipiſcantur ,renuunt,ac paruipendunt, ſuam tantum percupiunt volũtatem adimplere,& diuinæ recalcitrant færulæ, neſcientes quod Deus laboribus ab eis propria ſponte ſublatis non gaudet, ita ipſe inquies . Ieiunia veſtra non ferant quia in ieiunijs veſtris inueniebatur voluntas veſtra . Martyribus tormenta vertebantur in gaudia, quippe quæ à Deo veniebant. Paſſiones ſubſtinebant vt Deo grati fierent , cuius amore pænas quæritabant Ita Sancta Tereſa mente martyr in moleſtijs ſpiritus ariditate , exortis ,qui erant à Deo dicere ſolebat . Domine aut mori pati . Idem & vos facite ſcrupuloſi ſi à Deo mentalis martyrij coronam obtinere percupitis, ne tantam quæratis quietem , niſi illam ſcilicet, quam reperitur in tormenta ſubſtinendo , ſed amore Dei .

De Conſcientię excuſſione.
Cap. VIII.

54 Conſcientiæ diſcuſſio mediocris erit, & ille qui peccatorum certum numerum non adinuenit, dicat ſe toties in die, vel hebdomada ſolitũ, eſse hoc, vel illud committere, ita namque ſuo ſatisfacit debito. *Nau.* Nullus homo ad examen rigoroſum tenetur, atque moleſtum; dato quod tali examine vel determinatum culparum numerum eſsemus reperturi. *Vittor. de Sacram.* Manifeſtato peccatorum numero vel in maiori, vel minori quantitate, ſi poſtea ſe duo plus, vel duo minus peccata manifeſtaſse recognoſcit, ad Confeſsarium ne redeat. *Sanch.* Imo *Vrtadus* addit quod ſi tria, vel quatuor plus confeſsus eſset peccata vel reticuiſset cum ante dictis habentur. Qui certo ſe peccaſse dicit, & poſtea de eodem dubitat an certum fuiſſet, vel non, vel maiorem manifeſtaſſe quantitatem ſibi acquieſcat, & confeſſarium ne repetat, nam eſſet excuſatio, non accuſatio. *Card. de Lugo.*

55 Qui conſuetudine peccata comiſit, etiam de ſtatu ſe accuſet, dicendo, tanto tempore verſatus ſum in hac conſuetudine peccandi; nam ita melius ſuam aperiet conſcientiam, eo quod faceret numerum peccatorum reuelando. *Gaet* Et confeſſarius poteſt melius de ſtatu pœnitentis, nec non de peccatorum numero quamuis indeterminato iudicare, ſubiungat poſtea an actus interrupiſſe. 1. *Roſſ.*

56 Facta generali confeſſione, vel tempore,

re, vel conſuetudine, amplius non tenetur de peccatis, quæ iam confeſſus eſt, cogitare, nec illa denuo ſub iudice ponere, nam in illa confeſſione etiam peccata elapſa memoriæ includuntur; ita quod ſi ad memoriam oblita redeant, non tenetur ea confiteri; hoc enim de peccatis eiuſdem ſpeciei intelligi debet; ac de omnium pœnitentiū qualitate. *Sot.* Addit Sancius, quod qui numerum peccatorum confeſſus eſt poſt mediocrem diſcuſſionem, de tranſacta vita amplius cogitare non tenetur, & quando ei videretur non tam clarè aliquod peccatum manifeſtaſſe, certò credat illud ſe confeſſum fuiſſe, quam vis ſcrupuloſus non ſit, & tanto magis ſi ſcrupuloſis afficitur; ſi verò de aliquo certo peccato recordabitur, hoc iterum dicat. *Reginald.*

57 Multi ſcrupuloſi de ſuis confeſſionibus nō acquieſcunt, vel quia examen nō facere vel integrè peccata non confeſſi ſunt, vel iuſtum numerum non aperire, vel aliquā circumſtantiam omiſere, vel alijs, alijſque ſtimulis perturbati, ad quod, eſſe regula præſto eſt Si tanta vſi ſunt diſcuſſione, quāta in negotio graui vſi eſſent, & poſtea confeſſi ſunt, exiſtiment ſe omnia dixiſſe in genere, vel in ſpecie, v g ſi de murmuratione dubiū eſt, credant id cum murmurationibus in cōfeſſione locum habuiſſe, ſi de iudicio, cū iudicijs, & ſic de ceteris, *Sanch.* Abſq; neceſſitate confeſſiones generales vitentur, nā vel de omnibus dubitant, vel non recordantur, & ita ſcrupuli multiplicant, nec vlla interca-

tercapendo reperitur, nam reiterando cō-ſeſſiones etiam ſcrupuli reduplicantur *Boſſ.* Ij vt plurimum in diſperationem incidunt, irrequietam vitam agunt, exiſtimantes ſe præſcriptos, de Diuina diffidunt Miſericordia, videntes quod ſecundum ſuam voluntatem integram confeſſionem facere minime poſsunt. *Caiet.* Qui toties confeſſiones repetunt, Sacramenta vt ita dicā, maculis inficiunt, eò quod exemplo illorum alii credunt ſacramentorum frequentiam eſse intollerabilem, atq; illorum ſacroſanctus vſus damnum pariat. *Vittor.* Et iuſta mentem Sanctæ Tereſiæ aliis nocent, nam ij vidētes in ſcrupuloſis tantum timorem, ac renitentiam expaueſcunt, animo cadunt, ac intentio illa bona per viam virtutis perambulādi in eis refrænatur ob ſolum pauorem in tales cordis mærores incidendi. Inſuper aliud damnum ſcrupuloſis euenit, nam de illorum perfectione dubitant, qui abſq; timore imò omni libertate Deo ſeruiunt, ac proximo ſunt adiumento. Addit Sancta Tereſa duo alia detrimenta ſcrupuloſis Dæmon cauſare, primum quod falli timeant in orando, vel Sacramenta frequentando, ſuſpicionem in eis de male operando inſerens; Aliud quod Deo fierent gratiores bonis operibus, & oratione. Nec valet dicere, ſi de illis rebus, à quibus moleſtiam accipiunt, non confiteantur, ſe ſe periculo exponant non bene confitendi; nam illis obligatio tam rigoroſa nō ineſt ſeueræ integritatis in tanto ſcrupulorum timore cum periculo.

riculo dubiis conſenſum præben.li. *Coninch.*

58 Poſt Confeſſionem ſi quis recolligit ſe dimidiam ſuorum peccatorum partem nõ manifeſtaſse,& examen ſufficiens fuiſſe, ideſt mediocre, Confeſſio valet,& de non confeſſis ſufficit confiteri, ad maiorem verò cautelam de negligentia; *Hugo, Dian.*

59 Scrupuloſi de peccatis mentalibus multum non curent an conſenſum dediſſe, an non, nam qui Dei timorem habet primo aſpectu mortalia diſtinguit. *Caiet. Pal.* Ita etiam in operando, quod primum eis ante oculos bonum apparet, hoc faciant. *Villalobos.*

60 Scrupuloſus debet regulas, quas à Confeſſario accepit examinare, nec initio cuiuſque tentationis ad illum recurrere, aliter faciendo ſemper irrequietus erit. *Vaſq.*

De Contritione. Cap. IX.

61 Actus vnicus amoris in Deum, habet virtutem ccontritionis perfectæ. Sed amor ille non debet eſſe in ſenſu, nec tener vti matris amor in filios, ſed exiſtimationis ſuper omnia; Ideſt quod, ſi accideret, promptiores eſſemus ad patrem, omniaque alia bona temporalia amittendum, & omnia mundi mala ſubſtinendum, quam Deum offendere. *Gerſon.* Igitur ad amorem in Deum ſufficit actus voluntatis, abſque illis teneris affectibus, ac ſenſitiuis.

62 Ille vere de peccato ſuo contritionem demonſtrat, qui libenti animo pænitentiam

tiam à Confeſſario recipit, eique ſatisfacit, aliquid ſua ſpõte addendo. Vt Deus, qui offenſus fuit peccato, pænitentia honoretur.

63 Formalis actus contritionis hoc modo perfici poteſt. Domine Ieſu Chriſte nollem quacumq; graui in me conditione peccata commiſiſſe, nam te offendi. Et in poſterum numquam amplius peccare propono, & prius quam te offendam denuo, omnia pati mala deſidero. Obſerua quod quando dicitur omnia mala pati, quam peccare, ſufficit dicere hoc in generali, neque deſcendere ad particularia oportet, veluti dicendo mortem pati, vel aliud malum, nam eæ particulares conſiderationes periculum continet; & Dæmon aliquando fallere nos poteſt. Idcircò exponere nos periculo non eſt bonum, cum ſufficiat Dei offenſam generaliter deteſtari ſuper omnia, & velle potius omnia mala perferre, quam Dei offenſam excogitare, ac in futurum idem velle. Qui verò reſolutionem faceret qualecumque malum particulare ſufferre, quam Deum offendere, bonum tandem ageret. *Tolet.*

64 Omnis vel minima conditio ad quodcumque grauiſſimum peccatum delendum ſufficit. *Tolet.* & ratio hæc eſt; Si qualiſcumque minima culpa lethalis gratia non priuat, & ad Infernum nos damnat, ita pariter omnis; vel minima contritio nobis gratiam reddit, & nos diſponit ad gloriam. *S. Ioann. Chriſ.*

65 Dolor ſenſualis, lacrymę, ac ſuſpiria effectus ſunt contritionis. *Tolet.* Obſerua

ua

ua quo modo formetur contritionis actus , cognoſces quod contritio poteſt dari , abſque ſenſitiuo dolore Intellectus peccatum, vt malum conſiderat , nec dari poteſt quod factum non ſit; voluntas peccatum conſiſit, ſed nolle hoc feciſſe , dolet , quia dolor eſt de illis rebus quas nolumus . *S. Auguſt.* Actus ille, quem voluntas emittit dicendo, nollem offendiſſe Deum, quem actum dolor ſubſequitur, eſt contritionis eſſentia. *Tolet.* Cum voluntas ſuum hunc actum perfecerit , ſenſum mouet , qui ſenſus dolorem ſubſtinet , ac in ſuſpiria , ac lachrymas prorumpit . Ij ſunt fructus . & contritionis effectus, qui eam comitantur vt fructus plantas , vel effectus cauſas. Et ſicuti non ſemper Arbores flores , ac fructus habent, ita adunguem nō ſemper quod volũtas peccatum deteſtatur dolor apparet in ſenſu. Habemus aliquando aliquid, quod habere nollemus, quod nobis diſplicet , attamen in ſenſu dolorem non ſentimus . Ita etiam poſſumus de peccatis dolere in voluntate, abſque dolore in ſenſibus. Inſuper Deus peccata noſtra abhoret . Sancti in Cœlo peccata, quæ in terris comiſere , deteſtantur abſque ſenſitiuo dolore. Ergo poſſumus, & nos noſtra deteſtari peccata , actus contritionis emittere abſq; dolore ſenſitiuo temporalium incommodorũ, nam hæc in ſenſu cadunt, & talis dolor aliquando non ſentitur, cogitando de peccatis nã conſiſtit in voluntate quę illa deteſtatur, vt Dei offenſam , nec dolor ille tranſit per ſenſus lachrymis , ac ſuſpirijs . *S. Thom.*

De

De Attritione. Cap. X.

66 Attritio in confeſſione per neceſſaria eſt,& quem peniteret, ac confiteretur ſolo gehennæ timore,vel mortis, vel mali temporalis, ſufficientem, ac validam faceret confeſſionem. *Bonac. & alij*. Extra Sacramentum verò abſq; contritione formali,aut virtuali remiſſio peccatorum non ſequitur. Ita interpretantur Scriptura Sacra, ac Sancti Patres quando dicunt contritionem ad ſalutem eſſe neceſſariam. *Bonac.*

67 Scrupuloſi de peccato attritionem habent, nec eam recognoſcunt, & tandem eam manifeſtant quando de peccato ſe affligunt,nam ſi illud non deteſtarentur, non dolerēt. Sanctus Ambroſius inquit ſcrupuloſi anſietas eſt in ordine ad Deum nam irrequieti ſunt de peccato, vti eſt offenſa Dei, idcircò ſcrupulus, & inquietudo certùm indicat dolorem, ac propoſitum non amplius offendendi Deum. *Roſs.*

68 Propoſitum virtuale confitendi, ſufficit in confeſſione ad gratiam recipiendàm. *Sot.* Propoſitum virtuale non peccandi in poſterum in ſequentibus cōtinetur actibus. Deteſtari peccatum, dicendo peccare nolo,nam peccatum obſcenū eſt, ac deforme,offenſa Dei eſt. *Suar.* Quando conſcientia examinatur, quando peccata clauibus ſubijciuntur, quando à Deo veniam petimus de peccatis bonum eſt actum amoris in Deum elicere, & ſimul de peccatis doe-

re

re quatenus ſunt offenſa Dei. *Laym & alij.* Poteſt etiam poſt confeſſionem actus attritionis fieri dicendo. De omnibus ijs doleo, ac de eis veniam, & abſolutionem peto. Hoc namque modo attritio virtualis, ac formalis erit, & peccata non recitata erunt modo Hiſtoriarum, ſed reali accuſatione, quæ Sacramenti pars eſt. *Diana*.

De Confeſſione. Cap. XI.

69 In confeſſione ſcrupuloſi, & alij etiam qui ſcrupuloſi non ſunt hiſtoriam de peccato narrare volunt, quomodo factum, dictumue fuit, etſi tot verba ſuperflua reſecantur rectam cõfeſſionem feciſſe minime recedunt In confitendo ideò de calumnijs, murmurationibus, ac iudicijs, relicta narratione, ita dicant. De iniurijs, toties grauem iniuriam proximo meo intuli, & quamuis vna illarum inter alias eſſet maior, eam ſpecificare non eſt opus, nam vna tantum ſpecie omnes continentur. *Fagund.* ſub ipſo modo poſſunt de detractionibus confiteri, vel circa falſum apponendum, vel circa verum detegendum verſent. *Granad* nam de vna tantum ſpecie morali ſunt; ſed fas eſt vt qualitatem illius, de quo murmurauit, & cum quot murmurauit, aperiat.

70 In peccati mortalis iactantia, ſi nouum non prebetur conſenſus, dicatur ſufficit, toties de peccato mortali iactatus ſum. *Nau.*

Blaſphemiæ, ſi ſunt hæreticales, vel imprecatiuæ odio Dei miſtæ, ſpecificentur, aliæ

aliæ verò ſub vna omnes ſpecie dicantur ſine alia declaratione. *Diana*. Qui in vno colloquio plures iniurias proximo dicit, vel plures blaſphemias, peccatum vnum committit. *Zan.*

Si vna iniuria plures offendi homines, plura peccata committit, & perſonarum numerum explicare licet. *Nau.* Circa proximi odium, ſi in famam, in vitam, vel in rem dicere ſufficit toties proximum odi, ſine alia ſpecificatione. *Bon.*

71 Hæc eſt regula facilis, & tuta, & qui aſſerunt ſe non poſſe facere hoc, ſe ſcrupulis accomodant, ac in propria obſtinantur opinione, requiem non quærunt, nec Deo placere cupiunt, ſed ſibi ipſis tantum. Et decies, & plures de vno confitentur peccato, cum illis nō videatur nec iuſte, nec ſatis dixiſſe; ſed abſoluta confeſſione non requieſcunt, nam ſubito alius exoritur Scrupulus, & maiorem quam antea moleſtiam experiuntur. Hic error eſt grauis, qui non tantum animæ, ſed & corpori detrimentum affert, namque caput ſuum obtundunt abſq; ſpirituali vtilitate, nullam in ſuis orationibus deuotionem ſentiunt familiaritate internam cum Deo non recognoſcunt, quia miserè ſuis cum ſcrupulis verſantur; inſuper grauiſſimis, ac nefarijs tentationibus ſe ſe exponunt, omnibus vitijs libertatem dādo.

A quibus omnibus tam vitijs, quam damnis ſe ſe liberant Confeſſario obediendo, regulaſque ab illo ſibi traditas obſeruando, nam ita facientibus ſcrupuli haud nocent, timo-

timores, & inquietudines ab illis aufugiunt, in orando conſolantur, & à Diaboli ſuggeſtione ſe liberos reddunt. Obediendo Confeſſario ſaniores fiunt tam corpore, quam mente tentationes ſuperant, in Deo confidunt, & euaneſcentibus diffidentijs ac deſperationibus, ſpe, ac timore Deo ſeruiunt, ſuauitatem in orando ſentiunt, proficiſcuntur in perfectione, ac ſpirituali vita, cum Deo ſe intima familiariatate ligant, à tantis Animæ, corporiſque periculis, ac detrimentis, quæ ſufferebant, liberantur, & familiaribus quibus faſtidiebantur lætitiam afferunt. Tandem ſi ſcrupuloſi hæc duo facerent, ideſt ſi Confeſſario obientes eſsent & propriam ſufferrent moleſtiam amore Dei, requiem inuenirent, & paſſiones illis verterentur in gaudia, ita adunguem ſi propria ſponte ſe caſtigarent, nec vlla Dæmonis tentatio, vel ſuggeſtio pacem ab illis amouere valeret. Fruentes in Diuino ſeruitio, quo mediante, peruenitur ad Gloriam.

De Confeſſario. Cap. XII.

72 Confeſsarius debet eſse doctus, prudens, promptus, reſolutus, & patiens. Diuus Petrus vmbra tantum infirmis ſanitatē reddebat, vt ſciatur quod quiſquis vmbrā reddit, ideſt nomen, ac facultatem Confeſſiones audiendi habet, poteſt à ſcrupulis, & peccatis libertate: ſufficit vt pænitens ſuas partes adimpleat obediendo, ſecurus quod ad infernum non damnabitur Confeſsarij culpa. Narrat Ioſeph Roſselius

de

de quodam milite, qui verecundiam habebat in ſuis tam grauibus detegendis peccatis, cuidam Præsbytero ſibi cognito: vidit in Confeſſionario aliquem Confeſſarium à ſe non cognitum (hic erat Dæmon ſub forma humana) ad hunc acceſſit, illi ſua peccata aperuit, cum hic perueniſſet ad mortem, Dæmon illi dicebat non eſſe rite confeſſum, cum ſibi confeſſus eſſet auttoritate carenti. Angelus militis cuſtos ſic reſpondit, illum bona fide Confeſſum eſſe, & ex parte ſua omnem abeſſe culpam. Deum confeſſionem illam, vt perfectam, & integram recediſſe, quam vis inualida defectu Confeſſarij, qui Dæmon fuit, & militis anima ſalua facta eſt. Non reſpiciant ergo ſcrupuloſi aquilino oculo Confeſſarij qualitates, ſed ſuæ ſatisfaciant parti, vt dictum eſt, obediendo, ac amore Dei anſietatem, ac moleſtiam ſubſtineant, & ſperent à Deo æternum ſui laboris præmium. Amen.

Quare sacerdos infundendo Vinum et aquam in Calice aquam quasi Vinum potius benedicit

R. quia Vinum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aqua populum [illegible]

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

CAPITVM
REGISTRVM.

QVid ſit ſcrupuloſus. Cap. 1.

A quo ſcrupuli originem habeant. Cap. 2.

Generalia remedia ad tollendos ſcrupulos. Cap. 3.

Remedia particularia ad abigendos ſcrupulos. Cap. 4.

Quid agere debeamus contra ſcrupulos, vt nos ab illis liberos reddamus. Cap. 5.

Circa ſcrupulos in Confeſſione Corrolarium Cap. [illegible]

Circa

Circa Conſcientiam regulæ. Cap. 7.
De Conſcientiæ excuſſione. Cap. 8.
De Contritione. Cap. 9.
De Attritione. Cap. 10.
De Confeſſione. Cap. 11.
De Confeſſario. Cap. 12.
De Confeſſario. Cap. 13.
De Contritione. Cap. 14.